



**R. Patris, Francisci Svarez, E Societate Iesv,
Metaphysicarvm Disputationvm, In Qvibvs Et Vniversa
Natvralis Theologia Ordinate Traditvr, Et Qvæstiones Ad
omnes duodecim Aristotelis Libros ...**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ ; [Coloniæ Agrippinæ], 1630

Dispvt. XXII. De prima causa, & alia eius actione quæ est Cooperatio, seu
Concursus cum causis secundis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94135](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-94135)

SECTIO I.

An possit suffici: inter probari ratione naturali, Deū per se ac immediate operari in actionibus omnium creaturarum.

I.

Dixi in titulo perse & immediate, quia ex dictis disputat. praeced. constans est & certum, saltem remote & per accidens diuinum influxum necessarium esse ad actionem cuiuslibet causæ creatæ, quia saltem necesse est, vt Deus conseruat in esse creaturæ, quæ aliquid operatur; qui autem dat esse, dat etiam operationem, saltem remote & per accidens.

Prima sententia negans porponitur, & suadetur.

II.

Non defuerunt ergo Theologi, qui negauerunt, Deum per se & immediate concurrere ad actiones secundarum causarum. Cuius erroris præcipuus defensor censetur Durandus in 2. dist. i. quæst. 5. & dist. 37. quæst. 1. quamquam illa sententia antiquior fuerit: illam enim referunt Albertus, Henricus, & alii. Imo D. August. 5. Genet. ad liter. cap. 20. his verbis: *Sunt qui arbitrantur tantummodo mundum ipsum factum à Deo, cetera iam fieri ab ipso mundo, sicut ille ordinatur & iusfit, Deum autem ipsum nihil operari.* Fundamentum est, *Rationes* quia nulla sufficiens ratione fundari potest necessitas *prædictæ* *sententia.* *Prædictæ* *sententia.* quia Deus non adhibet superuacaneum ac minimè *necessarium* *concursum.* Antecedens probatur primo, quia causæ secundæ non sunt instrumenta, sed principales causæ nam virtute propria, & non per extrinsecam aliquam motionem operantur, vnde interdum vniuocæ sunt, & effectus faciunt sibi similes: quando vero sunt aquiuocæ, sunt perfectiores & nobiliores causæ: ergo operantur sufficiente virtute: ergo non indigent auxilio superioris causæ. Patet consequentia, quia ad effectum producendum sufficit virtus & qualis illi, aut certe nobilior.

III.

Secunda.

Secundo potuit Deus efficere creaturam operantem effectum sibi proportionatum sine ope alterius: cur enim hoc repugnat? Nulla sane appareat repugnancia aut contradictione: neq; est contra diuinam perfectionem aut potentiam, sed potius indicat magis potentiam Dei. Nam, sicut diuinæ potentia fuit non solum efficere creaturas, sed etiam illis communicare similem efficiendi vim, ita magis ostendetur eadem potentia Dei, si suis creaturis posuit hanc virtutem agendi completam, & omnino integrum communicare: huiusmodi autem erit, si alterius ope ad agendum non indigeat. Quod si hoc Deus potest facere, vnde constat non iam fecisse. Aut si faceret, quo alio modo faceret, quam dādo creaturæ virtutem & qualē vel maiorem, quam ad effectum necessaria sit? hoc autem iam fecit.

IV.

Tertia.

Tertio fieri non potest, vt duo agentia immediate concurrant ad eandem actionem, nisi utrumque eorum imperfectum sit, & tantum pariale, quod de Deo non est dicendum: ergo non concurrit cum creatura immediate ad actionem eius. Maior patet, quia vel vna ex illis causis agit per aliam, vel neutra. Si primū sequitur cā, quæ per aliam agit, non agere immediate, sed solum mediante alia, cumq; non possit dici creatura agere per Deū, ager Deus per creaturā, & ita frequenter loqui solemus Deū scilicet, operari, per causas secundas, seu medijs causis secundis. Cuius locutionis optimus sensus est, Deū dedisse causis secundis virtutē operandi, & conservare illas, easq; velutū cōstituisse, vt vice sui operentur. Sicutē dicatur secundum, nempe neutram ex his causis, scilicet, nec primam,

posset ita semper manere, si aliunde non corrūpere-
tur. Secundū etiam exemplum assumit falsum; nam per falsam cessationem actus per se non corrumpitur, nec diminuitur habitat, sed solum à causis contrariis, quæ ea occasione interueniunt, vt D. Thom. decla-
ravit, i.e. quæst. 54. art. 3. vbi in solutione ad primum declarat, non aliter definere calorem per cessationem calefacientis, & tacite exponit, quod ex prima parte citavimus.

Tertium exemplum est sane difficile: nam experientia ipsa videtur docere impulsum illum paulatim minui, quia inde prouenit, vt motus proiecti paulatim etiam remittatur & langueat. Aliunde vero non apparent actio agentis contrarij, à quo corrumpatur. Aut enim illud esset intrinseca forma aut grauitas proiecti & hoc non, quia nec grauitas est actio aliter qualitatis, nec ipsa intenditur per emanationem, sicut frigus in aqua, quia grauitas non fuerit remissa per impressionem impetus. Vel remittetur à medio resistente, & in contrarium impellente: & hoc etiam dici nō potest, tum, quia prius quam projectum incipiat in contrarium impelli, incipit impetus remitti; tum etiam, quia si vnuus impetus non corrumpetur, nisi à contrario, non posset lapidē abiciere omnem impetum: necesse est ergo, vnu per puram priuariationem auferatur. Quare multi negant, quod hæc difficultas supponit, scilicet impetum esse qualitatem impressam proiecto, sed solum contactum proficiēti, quasi continuatum per partem medij, prout Aristoteles docuisse videtur in fine Physicorum. Nec desunt alii, qui putent ipsammet proiecti gravitatem esse instrumentum, quo proiecti vietur medio contactu ad impellendum, quo vult. Sed mihi hæc etiam incerta sunt, quia vix inteligo motum illum sine impressa qualitate, prout iam docent frequentius Philosophi. De modo autem corruptionis illius qualitatis ipsimet Philosophi, qui illam ponunt, nihil dicunt, neque ego inuenio quod mihi satisfaciat. Solum dicere possūtis, quanuus impetus non corrumpatur per propriam actionem contrarij; tamen definere ad modum earum qualitatum quæ sic corrumpuntur, quia definit resistente seu renente contrario. Itaque quia illa qualitas est in subiecto contrario & resistente actiuitati eius, propter quam solum illa qualitas imprimitur per modum instrumenti, ideo non postulat semper ibi conseruari, & quia alias subiectum semper illi resistit, & actioni eius, natura talis rei postulat, vt paulatim ab eius conseruacione cesseret. Tamen hoc non est propter dependentiam medium à suo agente, sed propter peculiarem naturam & institutum talis qualitatis.

DISPUTATIO XXII.

*De primaria causa, & alia eius actione, quæ est coope-
ratio, seu concursus cum causis
secundis.*

De concursu primæ causæ cum secundiis ad actiones eorum, paucis inueniuntur ab Aristotele aliisve Philosophis dicta, à Theologis vero res hæc copiose disputatur. Et quantum potest ratio-
ne naturali cognoscere propriæ est huius loci. In qua
re primo videndum est, quæ sit necessitas huius con-
cursus: deinde quid sit, postea quomodo ad actionem
causæ secundæ comparetur, ac tandem videbi-
mus, an causa secundæ vel creatæ habeant in-
ter huiusmodi subordinationem, vel
ad solum Deum.

**

mam, nec secundam, per alteram operari, plane sequitur utramque esse imperfectam: tum quia utraque solum ageret ut causa partialis, tum etiam, quia sine subordinatione, & qualis fortuito conuenient ad agendum.

V.
Quarta.

Quarto, quia de aliquibus rebus creatis necesse est fateri non esse à Deo immediate: ergo pari ratione idem dicendum esset de omnibus, quæ à causis secundis principali virtute operantibus procedunt. Consequens tamen à paritate rationis, & antecedens probatur, primò in omni actione creature, quatenus actio est, ut est, verbi gratia, calefactio ignis: nam licet demus calorem ut calorem, esse immediate à Deo, tamen de calefactione ignis ut sic id dicinon potest, quia apertam inuoluit repugnantiam. Nam actio, vel talis actio ut sic, nempe calefactio ignis, dicit essentialē habititudinem ad hoc agēs, nempe ignem: ergo impossibilis est illam actionē quatenus talis est, esse à Deo immediate: & tamen illa actio est aliquid in rerum natura distinctum à calore: ergo Secundo, hoc specialiter ratione dicendum videtur de actionibus liberis, quia, si illæ essent immediate à causa prima, non possent esse liberæ ipsi cause secundæ, quia & causa prima, cum sit potentior, secundum ferret secundam, quo vellet, & secunda non haberet in manu & potestate sua influxum causa prima, ut posset operari cum vellet. Tertio, est specialiter ratio de actionibus liberis peccaminis: nam indecorum est illas attribuere primæ causæ ut per se & immediate operanti. Quartum exemplum asserre possumus de effectibus seu causalitatibus aliarum causalium: illa enim non sunt à Deo immediate, ut à prima causa, ut constat, quia illi causandi modi præsertim formalis, & materialis non possunt à prima causa exerceri: si ergo materia & forma in suo genere sufficiens sunt ad suam propriam causalitatem: cur non erit in suo quilibet causa efficiens?

Verā sententia.

VI. Scēndā sententia est, Deum per se & immediate agere in omni actione creature, atque hunc influxum eius simpliciter necessarium, ut creatura aliquid efficiat. Et hæc est vera sententia, quæ fuisse est à nobis explicanda & confirmanda.

VII.

Primum itaq; dicimus tam esse certum, Deum influere immediate ac per se in omnem actionem creature, ut id negare erroneum sit in fide. Probatur primo ex communī consensu Scholasticorum, qui ita sentiūt de hæc veritate, ut de Catholicō dogmate, ut patet ex D. Thom. p. quæst. 105. art. 5. & in 1. 2. quæst. 109. & 3. contra Gentes, capit. 70. Caiet. & Ferrar. ibi Capreolo in 2. dist. 1. quæst. 2. art. 3. ad argumenta contra secundam conclusionem, Alexand. 1. part. quæst. 9. memb. 2. ad 2. Albert. in 2. dist. 35. a. 7. vbi sic inquit, Alia opinio fere cessit ab aulā, & a multis modernorum reputatur heretica. Itēm Gregor. ibi. quæst. 1. art. 3. Scot. 2. dist. & 37. quæst. vñica, Bonavent. dist. 37. art. 1. qu. 1. vbi ait hanc sententiam absque omni ambiguitate esse tenendam, idem in 1. dist. 45. art. 2 quæst. 2. Heru. tractat. de aeternitate mundi quæst. 1. Secundo idem probari potest ex communī consensu Sanctorum, qui hanc veritatem docent ut in diuinis Scripturis contentam, quos, quia hoc non est nostri numeris, breuiter indicabo. August. ergo cum contrarium opinantes retulisset loco supra citato, subdit; *Contra quos profertur illa sententia Domini, Pater meus usque modo operatur. Et infra: Deinde quia non solum magna & precipua, verum etiam ista terrena & extrema ipse operatur, ita dicit Apostolus: Tu nudum granum seminas, Deus autem dat illi corpus sicut vult, & unicuique semini proprium corpus. Idē late probat idem August. in epist. 146. ad Consentiū vbi alia testimonia Scripturæ adduci, ut illud: *Pruferum agri, quod hodie est, & eras in ciborum misericordia, Deus**

Ioan. 5. 6. b
lege cūdem
Aug. tract. 1.
in Cyril. &
Cib. yl. &
Nazian.
quos ibi re
fert Tolat.
Similia te
fumina
sunt lob. 10.

sic vesti. *Lucr. 13. Idem August. li. 4. Genet. ad liter. cap. 12. vbi adducit illud Act. 17. In ipso uiuimus, mouemur, & lib. 9. cap. 15. adducit illud. 1. Corint. Neque qui plena est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Pro- sper. sent. 281. Idem Greg. 16. lib. Moral. ca. 18. Omnia (inquit) que creata sunt, per se nec subsisteret præalent, ne mouent, sed in tantum subsistunt, in quantum ut esse debent acceperunt, in tantum mouentur, in quantum occulto insin- cūtū disponuntur. Et reliqui Patres vbi cūp tractat de diuina prouidentia, hanc veritatem ut certissimam supponunt.*

Secundō dicendū est, veritatem hanc sufficienter probari posse naturali ratione. Et primo videtur, uidenter inserri ex dictis de conseruatione, ut hæc ratione fere tam certiū in fide habeatur, Deum immediate efficerem omnia, sicut & cōseruare. Prima illatio probatur primo, quia si non omnia à Deo immediate hūnt: ergo neq; conseruantur immediate, quia ita res se haberet ad esse, sicut ad fieri. Neq; enim esse rei magis potest pendere à causa ad aquata, postquam factum est, quam cum fiebat. Item, quia si causa penderet à Deo in esse: ergo & effectus, quia utrumq; est ens per participationem: ergo sicut causa penderet in instanti quo agit, ita effectus in instanti in quo sit, quia etiam in eo instanti utrumq; est ens per participationem: ergo omnis effectus causa secunda penderet à Deo in fieri, & conseq; causa secunda nihil potest facere sine concursu Dei. Tandem quia alias sequitur, quod interdum neq; mediata res penderet in conseruari à Deo: nam si calor ab igne productus, à Deo solum penderet mediata igne producent, celsante ignis actione iam nullo modo penderit. Respon- debit fortasse Durand. effectus causarum secundarū, quamdiu ab eis hūnt vel conseruantur, tantum fieri vel conseruari mediata à Deo: celsante vero actione causa secunda, tunc Deum solum immediate conseruare effectū, etiā solum causa secunda immediate productus sit, quia nulla res creata potest vel habere vel retinere esse sine aliqua efficiente causa; & ideo quamdiu causa secunda immediate efficit, illa sufficit, celsante vero illa, ut res permaneat in esse, necessariū est ut Deus efficiat conseruando, sicut nos etiam dicimus celsante causa secunda primam adhibere maiorem vim, & efficitatem.

Sed in primis: iuxta hanc responsionem veritatem pro demonstrata de conseruatione Dei limitatur conseruationem immediatā, vel ad mediā: quod est alienum ab omni sana doctrina. Alias cum Deus dicitur creator omnium, limitari posse quod si me- diate vel immediate. Deinde supposita illa sententia, nō dicitur conseq; celsante actione ignis, Deū incipere conseruare calorem: tum quia si calor non penderet in operari à Deo, cur debet penderere in esse, tum etiam, quia calor producens non penderet in suo esse à calore producente ratione ipsius esse, sed celsante talis fieri, ut supra declaratum & probatum est: ergo quamvis celsus actio ignis calefacientis, non est cur sit necessaria actio superioris causa ut conseruerit illud esse. Maxime, quia iuxta illa sententiam calor sit absolute & simpliciter, non penderet essentialiter à Deo, sed ad summum remote & per accidens: necessitas autem actionis conseruationis oritur ex intrinseca & absoluta dependencia, quam res habet a tali causa, ut habeat esse, sicut supra explicatum est.

Atque hinc probatur secundo prima illatio, quia si Deus non influeret immediate in omnē actionē crea- tura: ergo ipsa actio creata ut sit, non potest per se & essentialiter influxum Dei: cum tamen ipsa etiam sit aliqua participatio entis: ergo nulla est ratio, cur forma, quæ per talem actionem sit, potest vel ad sui conseruationem actualem influxum primæ causæ, quia neque hoc postulat ratione sui fieri iuxta illam sententiam, cum ipsum fieri non sit immediate à Deo: nec ratione sui esse, quia maximè ex eo, quod est esse, participatum: sed hæc ratio non censetur sufficiens in ipsa

in ipsa actione iuxta illam sententiam: ergo neq; in forma seu termino actionis erit sufficiens.

Terro potest eadem deducio ita fieri, quia entia creata non minus pendeat a Deo in quantum agen-
tia, quam in quantum entia, quia non minus sunt subordinatae Deo in ratione, quia alias & sicut sunt entia per participationem, ita etiam sunt agentia, sed quia enim entia sunt, sunt omnino dependentia a Deo in trinsece & essentialiter: ergo similiter pendeat quantum sunt agentia, ergo dum agunt, non solum dependent, quia in esse conservant a Deo, sed etiam quia in ipsomet agere per se & immediate requirunt influxum Dei. Et hoc est quod Arist. aliquando ait, in agentibus per se subordinatis inferius non posse a-
gere sine influxu superioris, lib. 2. Metaphys. cap. 2. 7. Phys. cap. & lib. 8. cap. 5.

Quarto potest eadem argumentatio a conserua-
tione ad cooperationem confirmari proportionali-
tione: nam sicut Deus potest rem crea: am suo esse
privare per solam negationem actionis, ita potest re-
creatam sua naturali actione priuare per solam ne-
gationem concursus: ergo sicut ex priori potestate
evidenter colligitur immediata dependentia in esse,
ita ex posteriori colligitur immediata dependentia
in ipsa actione. Antecedens (vt verum fatetur) non est
evidens aliquo naturali experimento. Ex superna-
turalibus autem effectibus satis est evidens: priuavit
enim Deus ignem Babylonicum sua actione, nullo
extinco: obiecto impedimento: ergo id fecit per
subtractionem concursus: quo enim alio modo fieri
potuerit. Et hoc significatur Sapient. 11. cum dicitur,
ignem oblitus fuisse virtutis sua: quia nimis eum
eum Deo exercere non poterat. Estq; hoc per se valde
evidentaneum diuinæ potestiz, vt in manu sua habeat
actiones omnium, sicut habet omnium esse.

V. Quinta ratio valde probabilis est, quia causa secunda
non potest esse determinata ad effectum in individu-
o & in particulari, quia eius facultas semper est in-
differens ad plura individua, & a subiecto & circum-
stantiis non satis determinatur: ergo necessaria est
cooperatio primæ causæ, quæ voluntate sua potest
eum determinare ad singularem effectum. De cuius
rationis fundamento videri possunt superius dicta
disputatione 5. dum de principio individuationis a-
gretur.

Ultimo est optima ratio, quia hic modus agendi in
omnibus, & cù omnibus agentibus pertinet ad ampli-
tudinem diuinæ potentiaz, & ex parte Dei supponit
perfectionem sine imperfectione: ex parte vero
creaturæ, fuisse causam secundam, fuisse actionem, fuisse
effectum eius consideremus, quantius imperfectionem
dicat, tamen illa est imbibita in ipso conceptu
creaturæ seu entis participati, quatenus tale, vt rationes
factæ declarant. Et alioqui hoc modo intercede-
re perfectæ, & essentialis subordinatio inter causam
primam & secundam, nihilq; est quod repugnat, vt
pachit facile ex solutionibus argumentorum: ergo
non est neganda Deo hec generalis influentia. Vnde
nep̄ à philosophis videtur fuisse omnino ignorata,
vt de Aristotelis mente in 3. rat. attigimus, & in lib. de
Causis, qui vel Aristotelis, vel Procl. esse cestetur, va-
tiz sunt propositiones, quibus hæc veritas significatur,
quasi in sequentibus tractabimus. Plato etiam ob-
hanc rationem causas secundas instrumenta primæ
appellauit, quod ab eis eocurru in agendo pendeat,
vt manifestum ex Damasc. in sua Philos. cap. 9. & Simpli-
c. Phys. tex. 29. & aliis. Refertur etiam Trismegistus in
Dialog. Crater. dicens; Deum vbiq; presentem semper a-
gre omnia; & afa similia. Et Philo Alexand. in libro
Quod mundus sit incorrup. dicens; Deum omnibus par-
tibus mundi afixisse cooperando.

Soluntur fundamenta prima sententie.

AD primum argumentum negatur antecedens,
rationes enim factæ sufficienter declarant ne-
Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

cessitate enim huius concursus. Neque propterea nega-
mus agentia creata esse principia in suo ordine, vt
superius in diuisionibus causæ efficiæ is declaratum
est. Non vero sequitur, si causæ principia sint, esse
etia in agendo independentes, quia multo maior p: fe-
ctio requiritur ad hoc posterius, quam ad illud pri-
or, vt per se constat. Cum ergo dicitur ad agendum suf-
ficiere virtutem & qualiter effectus: primum respon-
dere possumus sufficiere in ratione causa proxima, non
vero simpliciter. Deinde dicimus, sufficiere cu
debita proportione, nam sicut virtus ipsa est de-
pendens, ita sufficit ad ea in actionem, non tamen
independent, & ideo præter eam necesse est, vt in-
fluxat prima causa à qua omnia essentialiter pendent.
Sed inferat a: quis: ergo quo: esse unius ab qua forma
pendet à sua causa in conservari, pendent etiam in op-
erari. Respondeatur, de hoc dicendum esse in ultima
sezione huius disputationis, nunc negatur con-
sideraria, quia à causa creata non est dependentia tantum
essentialis, & quia trascendentalis, sicut ab in-
creata.

Ad secundum respondetur inuoluere repugna-
tiæ, quod creatura sit potens ad agendum indepen-
denter à creatore, tamen ex parte ipsius causæ creata,
quæ necessario habet vim agendi commensuram,
& proportionatam suo esse, quam ex parte effectus
vel actionis ab illa manans, nam, cum illa sint entia
per participationem, essentialiter pendent à primo
ente. Quapropter sicut non spectat ad diuinam po-
tentiam producere ens à se independentis in esse, ita
nec producere agens à se independentis in agendo: mo-
vtrumq; & que repugnat diuinæ perfectioni, & im-
perfectioni creaturæ, vt satis declaratum est.

Quomodo Deus immediate concurrat.

Tertium argumentum totum est de loquendi
modo potius, quam de re. Et primis in eo in-
quiritur, an dicendum sit Deus immediate agere ad a-
ctionem causa secundæ. Et quidem ex dictis plane
constat necessario fatendum esse Deum aliquo modo
immediate influere, atque mediate etiam aliquo modo.
Agit enim mediate, quatenus causæ secundæ
proxime agenti dat & conseruat virtutem agendi.
Et hoc modo est verum agere per illam, & ad hoc il-
lam creasse, vt munus agédi cum ea communicaret,
immediate autem agit, quia etiam ipsa prima causa
per se & virtutem suam influit in talem actionem seu
effectum. Quia vero mediatus & immediatus influ-
xus videntur quædam repugnatiæ inter se inuolu-
ere, ideo quidam Theologi distinguunt de actione
immediata immediate virtutis vel immediatione
suppositi: & afirmant Deum agere immediatione
virtutis in omnibus actionibus creaturarū, nō tam
immediatione suppositi. Ita sentit Ferrar. 3. cont. Gē-
tes cap. 70. quem modum loquendi aliqui moderni
Thomistæ imitantur. Et videretur fauere D. Thomas
in illo cap. 70. nam respondens ad primam rationem
in contrarium ait, non est inconveniens vnam actionem
procedere ab inferiori agente & à Deo, & ab utroq; immediate,
quia illud est alio & alio modo. Ratio
autem est, quia repugnat duo operari immediate
immediatione suppositi: sed causa secunda agit immediate
immediatione suppositi: ergo prima in illa
actione non agit immediatione. Maior patet, quia agere
immediatione immediatione suppositi est quod inter
suppositum agens & effectum non intercedat aliud
suppositum.

Veruntamen hæc distinctio non est in præsen-
ti materia necessaria, & modus ille loquendi proba-
bus non est, quia rem non declarat, & ita est ex quo
eretur sensum posse inducere. Nam in re-
bus creatis illa dicuntur agere immediatione virtutis,
& non suppositi, quæ per virtutem à se diffusam
contingunt passum vel effectum, non tam per sup-
positum

positum suum, quod Deo attribuere nefas est. Simpliciter ergo dicendum est, Deum agere cum omnibus agentibus creatis immediate ratione virtutis & suppositi. Et quoniam in priori parte conuenimus: circa posteriori est aduentum, suppositum posse dici immediatum, vel in agendo, vel in existendo, seu in distantiâ locali. Ut verbi gratia, si vera esset opinio Scotti, solem generare immediate aurum in terra, per suam formam substantialem agerer quidem immediate ratione suppositi seu immediatione actionis, ut sic dicam, quia ab illo supposito immediate prodiret actio: non tamen agerer immediatione suppositi in agendo, seu in loco, quia longe distaret a suo effectu.

Gent: nam cum ait D. Thom. *Alio & alio modo*, non intelligit immediationem suppositi vel virtutis, sed actionem ut *et causa secunda & dependenter, vel yta prima, & independenter factam.*

Vnde etiam constat, quod licet Deus quatenus
dat virtutem agendi causa secunda & conierat il-
lam, eamque ad agendum instituit, posuit diciagere
per illam, tamen quatenus immediate cooperatur
creature, non agit proprie per illam, sed per seipsum
& per suam potentiam ac virtutem. Neque inde se-
quitur aliqua imperfectio earum, que in illo a gumen-
to inferuntur ex eo, quod vera causa, prima & secca-
da per se ipsum immediate concurrat ad effectum.
Primum enim inconveniens generale erat, quod talia
agentia essent imperfecta. Negatur tamen se-
quela: sed illud solum imperfectum erit, quod ex in-
trinseca conditione & natura, alterius opere indigeret,
quod proinde ab alio proprie in agendo penderet: aliud
vero non erit imperfectum: nam ut recte dixit D.
Thomas, cont. Gent. cap. 70. non ex insufficiencia
virtutis, sed ex imminutate bonitatis ipsius proue-
nit, quod creaturæ communicauerit vim agendi, &
ideo non per se solum, sed cum illa velit tales effectus
produce: c. VIII

Aliud inconveniens erat, quod talia agentia essent
partia. Sed si intelligatur ex parte effectus, non se-
quitur quia non sit pars effectus ab una causa, & pars
ab alia, sed totus effectus a singulis suis generibus,
et Diutius Thomas supra notat. Si vero intelligatur
ex parte causa, & oportet esse diuersitas quædam in modo
loquendi: nam quidam concedunt sequelam, quia con-
siderando absolute integrum causalitatem effectuum
necessariam ad illum effectum, neutra illarum causa-
rum totam illam ad hiber, sed ex triusque concurru-
confusum integrum causalitatem: & ideo dicuntur parti-
liter concurre et ex parte causa, quod non est in effectu
Deo, quia ut diximus, id non est ex insuffici-
tia, sed ex ipsius bonitate. Alii vero putat negandam
sequelam, quia cum illæ duas causas sint diuersorum
ordinum, non proprie dicuntur componere unam
causam totalem, sed unaquaque est causa integrum
suo ordine. Qui modus loquendi, quia & communior
est & aptior ad indicandum in qualitatibus, &
subordinationem harum causarum, magis proban-
dus vide. ur.

tertium inconveniens erat, quod tales causa fine
subordinatione & quasi fortuito conuenirent ad a-
gendum. Non tamen id sequitur: nam cum vna sit
pendens ab alia, non deest subordinatio. Imo inter-
dum solet esse subordinatio cum aliqui mutua de-
pendentia: penderet enim in agendo instrumentum
præsertim coniunctum à principali agente, ut cal-
mus ab scriptore, tamen etiam ipse scriptor aliquo
modo penderet à causa, quatenus sine illo scribere
non posset. Et potest illa dependentia vocari à priori
quia est à principio mouente: hac vero à posteriori
contraria ratione: semper autem id quod penderet ab
aliо à priori, est subordinatum illi. In præsenti ergo
causa secunda penderet à prima à priori & essentia-
liet, quia insufficiens ex se et ad aliquid agendum
fine illius ope: causa vero prima proprie non pen-
det à secunda, neq; à priori, neque à posteriori, quia
licet secundum eum modum agendi quo se accom-
modat ad concurrendum cum causa prima, nō pos-
sit sola efficere etalem effectum, tamen simpliciter est
omnino independens & potens ad effectum se
sola omnem entitatem quam efficit per causam se-
cundam. Est ergo in herbas causas non solum subor-
dinatio, sed etiam maximè essentia lis & perfectissi-
ma. Cum autem prima causa semper agat ex certa

ma. Cum autem prima causa p. g.
scientia & voluntas sua, & iuxta ordinem a se
institutum, non potest dici fortunia co-
uenire cum causa secunda ad agen-
dum, sed summa proui-
dencia.

XIX.

XX.

xxi.

Deus ergo necessario agit, vbi cuncte agit, immediate suppositi locali seu in esse, cum quia per immensitatem suam necessario est vbiq; presens, cum etiam quia actio procedit per se & immediate non tantum a virtute creata, quia dici potest quia virtus diffusa a Deo: sed etiam a virtute increata, quia est in ipsa etiam Deo agens aut quod sic operatur per virtutem suam necessario ibi est praesens, vbi operatur. Vnde hac ratione dicitur Deus esse in omnibus per essentiam & per potentiam, & ideo etiam ex actione Dei optimo colligitur suppositalis praesentia, ut supra dictum est.

Rursus fit sermo de immediatione suppositi in agendo, etiam Deus est suppositum immediate agens in actione creature. Quod probo primo ex ratione nunc facta; nam illa actio non procedit immediate tantum à virtute diffusa à Deo, quæ est creata: nam hoc esset incidere in opinionem Durandi: procedit ergo immediate à virtute increata inexistente ipsi Deo: ego agit etiam immediatione suppositi. Paret consequentia, tum quia tunc suppositum dicitur immediate agere, ut principium quod: quando per virtutem fibi inhærentem ita agit, ut ab illa virtute immediate prodeat actio tanquam à principio quo, tum etiam quia diuinum suppositum est suam virtutem: non ergo potest actio inmediate prodire à virtute, quin immediata prodeat à supposito, ut colligit D. Thom. in 1. dist. 37. quæst. 1. articul. ad 4. Secundo inter Deum & actionem vtestab ipso non mediat aliud suppositum: ergo est illa actio à Deo immediatione suppositi. Dicitur inter causam primam & effectum mediare secundam. Respondeatur formaliter ac proprio loquendo, falsum esse antecedens, quia aliud est causam secundam cooperari primæ, aliud est mediare inter primum & effectum. Primum est verum, secundum autem falsum, confidando causam primam secundum hanc habitudinem, secundum quam per se influit in effectum, quia ut sic illa actio tam immediate ac per se dicit habitudinem seu dependentiam ad causam primam, sicut ad secundam.

Quocirca agere immediate immediatione suppositi non excludit consortium alterius suppositi agentis, alia si duas lucernas idem lumen producent, utraria agere immediate suppositi: imo nec causa secunda ita agit, quia non agit sine consortio diuini suppositi. Quod si dicas Deum agere ut superiore & vniuersalem causam: creaturam vero ut inferiore & particularem, & per illam immediationem suppositi non excludi consortium cuiuslibet suppositi, sed illius quod sit inferius & subordinatum in agendo, quod videtur Ferrarensis intendere. Hoc est in rigore falsum (quamuis forte in equuoco aborem?) quia esse immediatum suppositum in agendo, non excludit subordinatum & subiecctionem alterius, sed medietationem tantum in agendo. Imo haec immediatio suppositi in agendo sub una ratione non excludit quin sub alia possit mediate agere et duobus modis ad actionem concurrendo, ut de hoc ipso concursu declarauit D. Thom. i. p. quæst. 105. art. 1. Neg contra hoc quicquam obstant verba citata ex 3. cont.

Quomodo Deus concurrat cum materiali, formalis,
ac finali causa.

XXIV. Ad quartam rationem, negatur, quidquam esse in rebus, quod sit verum ac reale ens, quod non sit immediate à Deo. Ad tria autem prima exempla, negandum est ullam actionem sive naturalem, sive liberam, bonam, aut malam, quatenus realis actio est, esse sine prima immediate concurrens: de quibus late dicendum est in sequentibus. At vero de qua' to exemplo prolixam textit disputationem Fóseca. Metaph. q. 12. contendens Deum esse primam causam in omni genere, immediate concurrens cum secunda ad effectum, vel causalitatem eius. Sed unum in hac re mihi videtur clarissimum, & nulla fore indigens discussione: aliud autem omnino non capio, quod Fóseca in tota illa questione in teadisse videtur.

XXV. Primum illud est: Deū efficiendo immediate concurrens cum omnibus causis ad causalitatem earum. Quofensu non solum efficientes causas secundas, sed etiam materialis & formalis, subordinantur Deo, & ab eo pendent non tantum in essendo, sed etiam in causando. Quod nihil aliud est, quam quod cū materia causalis, Deus non tantum concurrit conservando materiam, sed etiam efficiendo ipsam causalitatem materie, quidquid illa sit, & efficiendo etiam effectum materie, dango effectiū illud esse quod materia dat materialiter: & idem est proportionaliter de forma, & de fine, quatenus eius causalitas aliquid reale esse potest, ut infra videbimus. Et ratio per se constat ex dictis, quia quidquid reale est, necesse est, esse immediate ex efficientia Dei. ergo & causalitates & effecta omnium causarum necessario sunt immediate ex efficientia Dei. Quo sensu recte intelligi potest de omni causa secunda quod dicitur in lib. de Caus. in princ. Causa prima adiuvat secundam super operationem suam.

XXVI. Aliud vero est quod Deus nō solum ut causa prima efficientis, sed etiam ut causa prima materialis & eveniens prima formalis concurrat cum materia & forma ad omnes causalitates earum, ut illae causalitates etiam ut sunt à Deo, sint formaliter diversae ab effectu. Omittit causalitatem formalem & exemplarem; nam in eis est hoc probabile, ut infra suis locis exponam. In dicto ergo sensu loquitur dictus author, qui hoc exponit de materia & forma, non quatenus cōponunt compositum; nam hoc modo tam clara est imperfectione quam includunt, ut evidens sit illum causalitati modū non posse Deo formaliter tribui, sed de causalitatibus, quas materia & forma inter se mutuo exercent, dum materia sustineret esse formam & se dependentem, vel subiectum accidentia, & è conuero forma continet materiam in esse: nam ha' causalitates per se & absolute sumpta non includunt imperfectionem, propter quam non possint Deo formaliter conuenire.

XXVII. Quod aliis rationibus cōfirmat, sed omnes, præter ultimam, probat solum nostrum primum assertum. Ultima vero est, quia Deus supplet se solo has causalitates materie & formae, ut patet in quantitate Eucharistie: & nos diximus posse Deum cōseruare materiam sine forma; non potest autem per se solam causalitatem effectuam suppleret causalitatem talium causarum: ergo dum supplet causalitatem materie in conservatione quantitatis, retinet idem genus causalitatis: ergo etiā potest intra illud genus concurrens cū materia ad talem causalitatem. Minorē, in qua estvis argumenti, probat, quia causalitas vnius generis nec formaliter, nec virtutaliter continetur in alio genere. Ex Deus ipse quamus, eminenter continet omnes causalitates, non tamen potest in quantū habet rationem vnius cause, genus seu rationem alterius exercere. Item, quia vna causa non potest suppleret vice

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

alterius nisi exercēdo officium, quod illa exercebat. Vtterius, quia si Deus sustineret accidentia sine materia, & non suppleret officium eius, daretur in rerū natura effectus in actu sine causa in actu. Deinde, quia si Deus cōseruaret, v.g. formā colli sine materia solo concursus efficienti, aut ille esset idem qui prior erat, & hoc esse non potest, tum quia per eundem concursum non potest nisi idem fieri, tum etiam, quia iam causalitas materiae circa illam formam per nullam causalitatem suppleretur: aut est per nouum concursum effectuum, & hoc esse non potest, quia circa eundem effectum non potest noua efficientia addi antiqua, aut concursus creativus creativus.

Si quis tamen consideret quę supra de causalitate materie & formæ diximus, statim intelliget huius sententia difficultatem, atq; ab ea dissentieret, nō solū quod noua sit, & præter recepta de Deo dogmata, sed etiā quod falsa sit & debilibus nixa fundamentis. Primum enim nullus Theologorum, vel Philosophorum Deo tribuit secundū proprietatem aliud causalitatis genus nisi efficientis, finalis aut exemplaris, ut patet ex iis que D. Thomas tradit 1. parte, quæstio. 44. & quæ ibi tractantur. Dico autem secundum proprietatem: nā secundum metaphoram tribuitur interdum Deo, quod sit quasi forma omnium, & quod omnia vivificet, vel etiam quod sustineat, & sit fundamentum omnium quomodo interdum videtur loqui Dionysius qui frustra ad alium sensum detorquetur. Quod adeo verū est, ut Theologi propter hanc causam negent, Verbum diuinum exercere propriam aliquam causalitatem terminando humanitatem, quia, cum non posset esse effectiva, eo quod non sit communis omnibus personis, cūdenter existimarent sequi nullam esse: nam quod non sit finalis, neq; exemplaris, per se notum erat. Simile argumentum est quod præter bonitatem, qua Deus habet vim causandi finaliter, & ideas, per quas habet vim causandi exemplariter, non agnoscimus in Deo aliam vim causandi ad extra, nisi omnipotentiam, quæ solum est potentia effectiva: sive illa sit potentia executiva ratione distinctione à voluntate & intellectu, sive altera illarum, sive omnes simili. Addere ergo Deo alia vim causandi ad extra, sustinendo, v.g. formam præter efficientiam, inauditum est. Quod tamen in illa sententia con sequenter loquendo necessario admittitur.

Præterea argumentor ratione, quia omnis causalitas materie (& idem est de forma causalitate) formaliter includit imperfectionem. Et ratio est, quia neq; in composito, neq; in forma causat materia aliquid, nisi media vniōne intrinseca ad formalis vnius ad aliam, non tanquam per conditionem solum requisitam, sed tanquam per ipsam formalem causalitatem, ut supra probatum est: non potest autē Deus per formalem vniōne ita causare, ut per se est notū: ergo nec potest concurrens per propriam, & formalem causalitatem illius generis: hoc autem ipso quod causalitas non sit per vniōne, non est materialis, nec formalis, & ideo nulla ratione fieri potest, ut supra etiā diximus, q; materia causa formas ibi non vnitā, Tandem vix potest concipi ille modus causandi Dei ad extra absq; efficientiam, quia neq; in effectu est aliquid respectu Dei præter entitatem eius, & actionem; neq; penderet Deo nisi media actione; neq; actio ut actio dicit habitudinem, nisi ad efficientem, quamvis ut ordinata ad talem terminum, vel talem formam, possit respicere causam finalem vel exemplarē: quid ergo est illa alia causalitas, quæ dicitur sustentatio? Plane est quid fictum, & minime necessarium. Nam diuina causalitas in illis tribus modis amplissime continetur. Neque propterea quod omnis causa det esse, oportet Deo formaliter tribuere modum cuiuslibet causæ: alias, quia etiam materia & forma dat esse composite, oportet Deum dare illi esse intra idem genus causæ materialis & formalis, quod absurdissimum est. Ex hoc ergo quod omnis causa det esse, fo-

Impressa: ut
præmissa-
pinie.

Dionys. II.
1. Q. 10 de
diminutio
minibus.

XXX.

lum potest inferri Deum immediate dare illud esse, vel illo vel altiori modo. Itē ex eo, quod unius causa secunda pendas à Deo non solum in esse, sed etiam in causa non sequitur quod pendas in eodem genere cause, sed vel in illo, vel in nobiliō, seu effectuō.

XXXI.
Ex. d. am-
tum pradi-
eō no-
nū erit ut.

Ad ultimam ergo rationem in contrarium negatur minor: potest enim Deus efficiere supplere circuformam, sustentationem in materia seu subiecto. Ad primam probationem respondet, Deum per vim agendi continere in inenier effectus aliarum causarum, & posse suo modo perfecte causare id, quod alii causant suis imperfectis modis absque illis, vbi non interuenit dependentia omnino essentialis, ut est inter compositum & materiam, vel formam. Nec propterē dicimus Deum per eminentiam continentiam materię exercere causatitudinem materiae, sed supplere aliquid efficiendo, quod materia causaret se subiecto. Vnde ad secundam probationem respondet, quod licet una causa creata non posset supplere munus alterius, nisi in eadem genere, Deus tamen potest in alio, vbi non interuenit specialis repugnatio. Nec propter ea datur effectus in actu fine causa in aetate, sed mutuo genere cause. Ad ultimam probationem respondet, cum accidentis conservatur sine materia, id quidem fieret per influxum ex suo genere creatuum: prior autem non manerer, quia non erat proprie creatius, sed concreatus formae & aliquam conuenientiam habens cum eius. An vero eodem modo philosophandum sit de materia conservata sine forma, in superioribus late tractatum est.

S E C T I O N I I.

Virum concursus cause prima cum secunda sit ali-
quid per modum principij vel ab iis.

I.



Vm ostensum sit, concursum hunc de quo ag mus esse à prima causa, vel conuenire illi, quatenus efficiens est, constat non posse aliud esse, quam actionē, vel principiū actionis, sub principio actionis cōprehendendo tā principiū per se quam conditionem omnem ad agendum praequistam: nam prater hanc nihil reperitur in causa efficiēte, ut efficiens est, quod rationem concursus habere posset. Supponimus enim, neque ipsum suppositum agens, vt sic esse concursum, neq; etiam effectū vt sic. Nam suppositum est, quasi primum principiū agens: effectus vero est ultimus terminus effectiōnis, concursus autem dicit aliiquid per modum influxus vel tendentiā à supposito agente ad terminum.

Prima sententia proponitur.

II.

Terresigitur modi circa questionem hanc esse possunt. Primus est huiusmodi concursum esse aliiquid per modum principij per se. Quod duplīciter potest intelligi: uno modo, quod tale principiū sit in ipso Deo. Et hoc recte explicatum, potest habere sensum verum: nos tamen nunc in eo nō loquimur: Deus enim per voluntatē suam concurrit cum creatura ad actionem eius. Vnde ipsam Dei volitio potest in suo ordine dici concursus Dei cum creatura, qui ab aliquibus vocatur concursus ad intra actus autem voluntatis Dei est suo modo principiū per se omnis actionis ad extra, principiū (in quā) per se vel ratione sui, vel ratione potētia exēcutiū, quam applicat ad agendum, vel secundum rem, vel etiam secundum rationem, iuxta varios modos sentiendi de potentia executiva Dei. Sic igitur

cōcursus Dei ad intra, erit aliquid per modum principiū actionis non in creatura, sed in ipso Deo. Nunc autem non loquimur in hoc sensu de concursu, sed prout est aliquid manans a Deo, & receptum in creatura, & concursus in rigore non significat aliquid ad intra, sed ad extra. Alio ergo modo intelligitur hic opinio, quod concursus sit res quædam materialis prima causa, & recepta in secunda completa illam ultimam ac determinans ad talē effectum efficiendum. Et hoc ratione dicitur hic concursus esse per modum principij, quia est virtus agendi causa secundæ, vel saltu formaliter completa illam. Et proper hanc virtutem dicuntur omnes causa secunda ageare in virtute præmiae, ut sepe dicitur in lib. de Causis, & è conuersatione eiusdem virtutis prima causa dicitur agere immediate immidiatione virtutis, quia hæc virtus in fluxu causa secundæ, est virtus causa primæ, & ab illa immediate procedit actio. Et hoc videtur esse totum huius sententia fundamentum. Nullum tamen inuenio assertorem huius sententie qui expresse eam docuerit, quamvis illi quos statim pro secunda citabimus, hunc videantur, erundinare, & satis indistincte loqui.

Refellitur dicta sententia.

Haec vero opinio falsa est, & in uno sensu estque erronea ac sententia Durandi negantis actualē concursum Dei ad actiones causarum secundarum; in alio vero est solum improbabilis. Duobus itaque modis intelligi potest, concursus primæ cause esse virtutem inditam secundæ tā quā principiū per se agendi. Uno modo quod concursus primæ cause ad actionem creaturæ sit in influxu illius virtutis, & non concurrat immediatus ad actionem ipsius causæ secundæ. Et in hoc sensu dico hanc opinionem re ipsa incidere in opinionem Durandi, & esse quæ falsam, quatenus negat immediatum concursum primæ cause ad actionem creaturæ: quatenus vero ponit aliquid superfluum & sine fundamento, erit magis improbabilis, vt in alio membro ostendā. Probatur ergo dicta censura, quia ex illa opinione sequitur solam virtutem creatā est principiū per se actionis & effectus causa secundæ: Deum aut solum esse principiū remotum & per accidentem. Haec autem est opinio quæ in Durando reprobatur. Sequitur pater, quia causa, quæ solū dat alteri virtutem ad agendum, si non aliter concurrit ad actionem eius, reuera solum concurrit remotè & per accidentem, sicut ignis qui calefacit aquam, non aliter concurrit ad secundam calefactionem ab aqua calida profectam, & intellectus agens qui produxit speciem intelligibilem non dicitur per se concurrere ad actum intelligendi, Denicē illo modo erit Durand. dicit Dei cōcurrere ad omnes actiones creaturarū, dāo illis, & conservare totam virtutē agendi usq; ad ultimū eius complementum, quidquid illud sit. Nam quod illud principiū agendi sit prius tempore datū, antequam creatura agat, vel in eodem instanti autem tempore, quo agit, nil refert. Alias quia sol illuminat eodem instanti, in quo creaturæ, & accipit virtutem illuminandi, nō indigeret alio concursu præter infusionem lucis. Similiter quod illa virtus sit connaturalis ac permanens, vel p̄ in trinsecus à Deo data, & quasi transiens (vt quidam loquuntur, & nihil aliud est quam esse pendens à Deo in fieri & conservari) parum refert, vt Deus, si per illam tantum virtutem agit, per se ac immediate influat ut prima causa. Quapropter si qui fortassis authores in hoc sensu dixerint, Deum agere immediate virtutis & nō suppositi, valde errarunt, vt ex dictis patet, & magis haec declarabur.

Alio modo intelligi potest concursus primæ cause esse per modum principij & virtutis inditæ, quia in collatione huius virtutis quasi inchoatur, non

non tamen in ea sifit, sed vterius progeditur vsp ad actionem ipsiusmet creature, ita vt in illam influat immediate non tantum virtus communicata cause secunda, sed etiam ipsamet virtus diuina & increata. Et iuxta hunc sensum dicendum non esset concursus esse tantum aliquid per modum principij, sed etiam aliquid per modum actualis influxus seu actionis. Deinde est improbabilis illa multiplicatio reru in huiusmodi concursu, loquimur enim per se ac praece de concursu necessario ex vi dependet omnis effectus & actionis a causa prima. Vnde supponimus causam secundam habentem completam virtutem agendi in suo ordine: nam si ipsa causa secunda incompleta sit & imperfecta, indigebit quidem complemento virtutis, tamen ea indigentia non oritur ex dependencia quam causa secunda habet a prima, sed ex imperfectione in latitudine causae secundae. Atque hoc modo verum est interdum Deum, saltem supernaturaliter, supplerre imperfectionem causae secundae, addendo illi virtutem agendi, quod maximè nobiscum facit cum supernaturales habitus infundit, tamen hoc extra propositum nostrum est, quia illa virtus infusio non pertinet ad concursum primæ causæ, sed ad elevationem vel perfectionem causæ secundæ per actionem primæ. Loquendo igitur de causa secunda perfecte constituta in actu primo in suo ordine, impertinens est aliud principium agendi adiungere in ea receptum, quia hoc ipso quod est aliquid creatum in ipsa, pertinet ad ordinem causarum secundarum, & ita multiplicantur principia agendi in eodem ordine sine causa, vel necessitate. Et contra hunc concursum hoc modo explicatum, recte procedunt argumenta Durandi superiori sectione facta.

V. Dicent fortasse, hanc virtutem quam prima causa dat secundæ vt cum illa concurrat, non pertinere ad causalitatem cause secundæ vt sic, sed ad causalitatem cause primæ, quia est quasi proprium instrumentum eius ad concurrentem cum secunda, & ideo licet illa virtus recipiatur in causa secunda, non agere causam secundam per illam, sed Deum, sicut quamvis impetus recipiatur in lapide iacto, non lapis moueret per illum, sed qui proiecit. Vnde, sicut prolixi dicitur monere immediate per impulsum, ita & Deus dicetur immediate concurrere per hanc virtutem, quæ immediata, per se loquendo, est virtus, non suppositi. Et similiter, licet causa secundæ virtus dicatur completi per hanc virtutem, imprimis a prima, non tamen complemento pertinente ad ordinem causæ secundæ, sed addente illi virtutem necessariam ex parte causæ primæ.

VI. Verumtamen hæc respotio vel reddit ad priorem sensum omnino reprobatum, vel dicit aliquid per se improbable, & impertinens: nam si illa virtus ita dicatur esse instrumentum Dei vt actio Dei sifit in effectione eius: postea vera illa sola concurrat cum causa secunda ad actionem illius: sicut in exemplo quod adducitur, actio proiciens sifit in impressione impetus. Deinde vero motio est ad impetus: si hoc (inquam) dicatur, redimus ad priorem sensum: atque ita fit vt actio creature nullam dicat immediatam habitudinem ad ipsam virtutem Dei increatam vt ad principium per se illius, quod reprobatur ei sectione precedenti, contra Durandum. Si vero præter influxum illius virtutis instrumentariz, dicitur etiam Deus virtute sua propria & increata immediate influere in actionem causæ secundæ, statim per se apparet quæ sit impertinens illa virtus in instrumentaria quæ se teneat ex parte Dei, nam ibi adest intime presens diuina virtus per se ipsam: estque propter eminentiam suam sufficiens & proportionata vt per se influat in actionem, imo ita debet necessario influere vt actio quælibet fieri à creature posite: ergo ex parte Dei non est necessaria illa instrumentaria virtus: nihil ergo refert ad concursum causa primæ, qui per se necessarius est, ac

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

pertinet ad essentialem subordinationem causæ secundæ respectu primæ.

Secunda sententia proponitur.

Scunda sententia est concursum primæ cause effectu aliquid per modum principij in ipsa causa secunda, ordinatum ad actionem eius, non tamen vt principium per se illius, sed solum vt conditionem necessariam ad agendum. Ita videntur sentire omnes qui ponunt concursum Dei versari circa causam secundam antecedenter ad actionem eius, applicando illam, vel determinando ad actionem. Sole que hæc opinio tribui. D. Thomæ locis infra tractandis; sed immerito, vt ostendam: citari etiam solet Capreol. in 2. dist. 1. quæst. 2. sed aequo irrationabiliter. Ferrar. autem 2. cont. Gent. ca. 70. in principio distinguit in agentibus creatis duplē vim agendi: vnam firmam & permanentem quæ est propria & naturalis, aliam vocat intentionem diuinę virtutis habentem esse in completo: & hanc ait non conuenire rebus nisi quādo actualiter operantur tāquam diuinæ virtutis instrumenta. Et in fine. Ad secundum dubiū dicit, Deum immediate agere in omnibus causis inferioribus quandā sui participationem cum qua sumū immediate ipsarum effectus attingit: quia ipsa virtus in Deo existens & eius intentio in causis inferioribus producita, accipitur rāquam vna virtus: sicut ars (inquit) quæ est in mente artificis, & eius intentio in instrumento recepta pro vna virtute accipitur. Et per hanc virtutem ait applicare Deum causas secundas ad operandum, sicut artifex instrumēta. In quibus verbis partim videtur ad priorē sententiam alludere, partim ad hanc posteriorem. Ad ponendam autem hanc virtutem intentionalem nulla ratione mouetur, sed solum quodam testimonio D. Tho. q. 3. de pot. art. 7. & nonnulli posteriores Thomistæ hanc sententiam secuti sunt. Et illam fundans in quibusdam receptis locutionibus antiquorū Philosophorum. Prima est quod agentia secunda nō agunt nisi mota à primo: & in hoc constituit subordinationem per se inter has causas: inde concludūt perueniendum esse ad vnum primum agens, nō indigens motione alterius. Ita videtur processisse Aristotel. 7. Physic. c. 1. & lib. 8. c. 5. & 2. Metap. c. 2. quem semper imitatur D. Tho. tum exponens Aristotelē, tum in aliis locis statim citandis: & ex parte August. lib. 8. Genet. ad liter. cap. 20. & 5. de Ciuit. c. 9. Imo & Scriptura sacra videtur Deo tribuere hanc præmotionem causarum inferiorum, vt lob. 13. Qui immutat cor principium: & Prou. 12. Cor Regis in manu Dei est, & quocunq; voluerit vertet illud. Hier. 10. Non est in homine via eius: & a Domino gressus hominis dirigentur. Agat ergo causa secundæ mota à prima: hæc autem motio nō potest consistere in ipsa actione causa secundæ, cum quia motio est in re quæ mouetur: actio vero transiens non est in agente, quo fit: tum etiam quia hæc motio antecedit actionem saltem causalitate, quia ad hoc mouentur agentia secunda, vt agant: eo quod non possunt agere nisi mota

Secundum principium, est quod causa secunda applicatur à prima ad agendum. Quod sumpsum existimat ex lib. de Caus. prop. 16. vbi dicitur, virtutem diuinam esse virtutem omnium causarum: quia videlicet virtus diuina applicat reliquias virtutessas suas operationes, vt exposuit Egid. quodlib. 5. quæ. 1. & significat D. Thomas, 1. p. q. 105. art. 5. in corpore, & ad tertium. Nam in corpore ait, primum agens mouere secundum ad agendum: & secundum hoc (inquit) omnia agunt in virtute ipsius Dei. In solutione vero ad tertium declarat hoc ideo esse, quia Deus non solum dat & conseruat virtutes agendi, sed etiam applicat eas ad agendum. Necesitas autem huius applicatio- nis inter alias vna est, quia ad virtutem quæ re-

IX.
Secundum.

VII.

Primum fundamen-
tum
relata sen-
tientia.

Spicit finem vniuersalem pertinet applicare inferiores in ordine ad suum finem: Deus autem est supremum agens respiciens vniuersalem finem: ergo applicat inferiores ut agant accommodare ad illum finem. Hac ergo applicatio non est actio creaturam est a solo Deo, & antecedit actionem causa secundis: comparatur ergo ad actionem causa secundis ut principium eius.

X.
Tertium.

XI.
Quartum.

XII.
Quintum.

XIII.
Seximum.

Tertium principium est, causam primam excita-
re secundis ad opus; qui modus loquendi non est tam
frequens apud authores antiquos, sicut nomen motionis vel applicationis. Videtur tamen habere eandem vim. Et potest in hunc modum declarari, ea virtus
creata dum agit, aliquo modo in se perficitur, quia
melius est agere, quam omnino carere actione: haec
autem perfectio non consistit in ipsa actione, pra-
fertim in transiente, cum in ipso agente non sit: consi-
stet ergo in hac excitatione, qua talis virtus veluti
ultima actuatur ad agendum. Hac autem excitatione
non potest esse ab ipsam virtute creata. Tum quia
sepe non est actua in se ipsum, tum etiam quia ad il-
lam efficientiam indigeret etiam excitatione: est ergo a prima causa.

Quartum ac praecipuum principium est, quod causa secunda determinatur a prima & per se acte, effa-
rio indigeret tali determinatione. Ita sentit D. Thom.
i. p. q. 105. ad tertium dicens. Hoc ipsum quod causa secunda
determinatur ad determinatos effectus, est illis a Deo. Du-
plex autem ratio huius necessarii ait: non potest: una
est vniuersalis ad omnes causas secundas, quia nimis
virtutes earum sunt indiferentes ad produ-
cenda varia individua: nec possunt esse determinatae
ad hoc individuum potius quam ad illud: nec cogi-
tari potest aliud sufficiens determinans praeter pri-
mam causam. Hac autem determinatione non fit nisi
addeo aliquid ipsi virtuti actiuitate. Alia ratio est pro-
pria liberorum voluntatis, quae de se est indeterminata
non solum ad individua, sed etiam ad species, & ad a-
ctus contrarios, & ideo indigeret praedeterminatione:
quia ab agente indeterminato non potest determina-
tus effectus exire. Poteisque haec ratio extendi ad
naturalia agentia vniuersalia, quae etiam sunt indiffe-
rentia ad plures effectus specie diversos, unde non
possunt ad alterum eorum se determinare.

Quintum principium est, quod causa secunda est
essentialiter subordinatur causa prima, ut in instru-
menta artifici, ut frequenter loquuntur graues authores
& signatimi D. Thomi, 2. q. 6. a. 1. ad 3. & 2. con. Gent.
c. 21. art. 4. indicat in lib. 3. c. 70. Hac autem subor-
dinatio intelligi non potest nisi causa prima prae-
munt secundam, & actio secunda pendeat ex motione
prima. Alias non est subordinatio, sed concomi-
tia quedam duorum agentium. Nec est actio prima causa prior actione causa secunda: quod
plane repugnat dignitati prima causa, & dependentia
causa secunda.

Sexto argumentum possumus, quia hic modus
concurrēti prima causa, utrendo causa secunda per
motionem suam, & ita perfecte illa sibi subiiciendo,
per quod se fert maiorem quandam perfectionem inmo-
do agendi primis causis cum secundis, & nullam in-
cludit repugnatiam ergo est prima causa tribuēdus.
Maior declaratur variis modis: primo quia haec ratio
major est dependētia causis secundis, a prima,
quia non solum in effectu & actione sua, sed etiam ipsa-
met pendet in causando a prima: vel alii autem non
solum effectus vel actio incomplexe sumpta, sed etiam
hoc complexum, causam secundam agere, erit a prima.
Vel aliter causa prima non solum faciet effectum vel
actionem causis secundis sed etiam faciet utrausque
causa faciat: quod etiam inscriptura facia sepe Deo
tribuitur, & sine illa præmotione in eligi non po-
test. Rursus est contrafieri pertinet ad perfectionem pri-
mae causa ut vtratur secundis ad suos fines, & iuxta avo-
luntatem suam tranquam habens supremum domi-
nium earum: nam perfectus actus dominus est plenus
vitus rei, quae sub dominio cadit. Hoc itaque rationes
rationes quae pro hac sententia afferri possunt. Ex
quisbus duabus maxime videntur maximē iuste, & huius
secundae sententiae: tertia vero & quarta magis videntur
iuxta priorem opinionem procedere: quanta au-
tem & sexta indifferentes sunt.

Refutatur præcedens opinio.

Hac vero sententia non magis probanda est
quam præcedens: neque existimo fusile opinionem D. Thomae, aut Scotti, vel antiquorum Theologorum. Quod ut probem, aduerto etiam hanc postiore sententiam habere locum ad suos sensus supra declaratos. Primus est quod concursus causa prima
conatur omnino ac præcise confitere in agendo circa ipsam causam illam præsum conditionem necessariam, sive nomine motionis, sive applicatio-
nis, aut quoconque alio appelletur, ita ut præter illam
nullam aliam efficientiam habeat causa prima circa
effectum, vel actionem causæ secundæ. Et neque Ferrara, neque moderni authores videtur hunc sensum
intendisse, ut ex ultimiis verbis Ferrara supra citatis
colligi potest. Et reuera esset in hoc sensu talis opinio
non minus falsa, quam opinio Durandi, quia iuxta
hanc explicationem Deus non concurreat per se ad
actionem causæ secundæ, sed solum remote & per ac-
cidens, nimirum conseruando causam secundam &
efficiendo in illa quandam conditionem necessariam
ad agendum: hic autem concursus est per accidens
respectu effectus causa secundæ, ut patet in applicante
ignem ad cumburendum. Nam si datus & conser-
uans principium per se agendi, & non ultra concurre-
ns, solum remote, & per accidens causat effectum
ab illo principio manente, multo magis qui dicit
conditionem requirat ad agendum, unde qui virtus
que facit, dupli modo concurreat per accidens, nul-
lo tam modo per se. De hoc igitur sensu non oportet
plura disputatione. Quin portius ex cito, etiam
datus efficit: et Deum illam applicat onem, vel
conditionem præsum, non confitetur in illa per se ac-
maliter concursum causæ primæ: nam causa prima
per concursum suum est causa per se, immediata, &
totalis in suo genere, effectus & actionis causa secundæ,
ut sectione prima demonstratum est: sed per effi-
cientiam huius necessaria conditionis non est Deus
causa per se & immediata, nemedum totalis actionis vel
effectus creaturæ: ergo formaliter non confitetur
hac efficientia concursus Dei.

Supereft ergo ut alium sensum examinemus, ni-
mirum concursum primæ causa inchoari (ut in di-
cam) ab hac motione vel applicatione causa secundæ:
consummari vero in effectu immediata & per
se ipsiusmet effectus seu actionis ipsius causa secundæ.
In quo sensu dicimus illam sententiam extreme quidem
discrepare à Durandi opinione: aliquid vero ad-
dere veritati, quod nec nellarium est nec satis in-
telligi potest, & occasionem potest præbere incidenti
in aliquem errorē, præterim circa visum humanae
libertatis. Ut autem haec omnia distinctor probemus,
paulatim procedendum est, tertiam, ac v. etiam declarando,
ac probando sententiam.

Questionis resolutio.

Dico ergo primo: Divinus concursus, quatenus
est aliquid ad extra, per se & essentialiter est ali-
quid per modum actionis, vel sicut per modum cuius-
iustam fieri immediate manans a Deo. Declaro in-
gulas particulias: dico enim quatenus est aliquid ad ex-
tra ut omittat disputationem de ipsome: actu voluminis
Dei, an dicendus sit concursus, nec ne, & an dicendus
sit in fieri per modum actionis, vel per modum prin-
cipiū; nam quoad hunc sensum sufficiunt sibi dicta
de crea-

de creatione. Et sicut ob eandem causam dixi vel satis
per modum eiusdem fieri, ut scilicet abstineam ab illa
questione, an actio recepta in creatura comparetur
ad Deum per modum actionis, vel solum per modum
effectus: quanquam enim verius sit comparari per mo-
dum actionis, ut etiam sectione sequenti attingam,
tamen ad praesens non refert. Atque ita explicata con-
clusio est receptissima, & mihi certissima: satis appro-
bata ex dictis superiori sect. contra Durand. & in hac
contra relatas sententias in primo sensu explicata.

Sumitur ex D. Tho. i. p. q. 105. art. 5. & 3. cont.
Gent. c. 70. quatenus dicit, primam causam per se
generalem concursum per se & immediate influere
non tantum in effectum, sed etiam in actionem causa
secunda: quia non solum effectus, sed etiam actio
causa secunda habet aliquid entitatis participatae, &
ratione necesse est ut immediate & per se manet
a primo ente per essentiam. Ex quo principio ita con-
cluditur ratio. Concursum Dei intime ac per se inclu-
ditur in ipsa actione creaturarum, & per se etiam ac im-
mediate tendit ad eundem terminum ad quem ten-
ditatio creaturarum: ergo per se & essentialiter est ali-
quid per modum actionis, vel fieri ipsum in actione
vel effectus creaturarum. Et confirmatur; nam, hic
concursum non potest consistere in omni eo, vel in
solo eo, quod datur causa secunda per modum princi-
pium operari possit: ergo consistit essentialiter in ali-
quo quod sit per modum actualis fieri.

Antecedens probatum est contra superiores sen-
tentias & iterum sic declaratur. Posita quacumque en-
tiat, quod solum concursus per modum principii, non
implicat contradictionem ut non sequatur actionis, vel
effectus; nam Deus potest omne principium agendi
creatum, quantumvis applicatum ad agendum cum
omnibus conditionibus praequisitis suspendere ab
actuali actione, & impedit ne effectus fiat. At vero
posito actuali concursum ad extra implicat contradic-
tionem, actionem non sequi, seu effectum non fieri:
ergo signum evidens est actualem concursum non
consistere per se & essentialiter in iis, quae sunt per mo-
dum principii, sed in aliquo quod sit per modum ac-
tions. Major videatur per se nota ex te: minis, quia
in eis nulla invenitur repugnatio aut implicatio con-
tradictionis. Certumque de fide est, id fecisset Deus; in
multis virtutibus necessitate naturali operantibus,
neque est major ratio repugnantia in quibusdam, quam
in aliis. Nisi fortasse aliquis dicat hoc specialiter re-
pugnare illi intentioni virtuti, quam a iunctim imprimi
a Deo, & esse quasi transiuntum seu influente, quod
inde prouenit, quia habet esse inseparabilem ab actuali
operatione, sicut virtus artis, impressa instrumento in-
separabilis est ab operatione artis: huic n. assimilat
Ferrariensi, supra illam virtutem. Sed certe, si talis virtus
inseparabilis est ab actuali actione causa secunda, est
per potentiam Dei absolutam, hoc satis declarat non
esse rem ab illa distinctam, & consequenter non
esse principium eius, sed actualem emanationem i-
plus a prima causa. Vel est conuerso, illa virtus sup-
ponitur res distincta ab actione causa secunda, & ver-
um principium eius, sine probabilitate negatur pos-
se Deum efficiere ut illa sit & ab ea non manet actio, quia
virtus non pendet essentialiter ab actione que ab illa
manet, sed est conuerso, & est in re distincta ab actione
& prior illa; quid ergo repugnat quod conseruetur
fine illa? Item posita illa virtute adhuc est necessarius
immediatus influxus Dei ut sequatur actio, quod se-
pe probatur est: ergo potest Deus suspendere illum in-
fluxum, & ita impedit actionem.

Neq; exemplum de virtute artis impressa instru-
mento quicquam iuuat, nam illa virtus esse non po-
test, nisi vel impetus impressus instrumento ad loca-
liter illud mouendum, vel ipsum motus. At vero
impetus impedit potest ne efficiat motum, ut ratio-
nes factae probant; nec video quid in contrarium ob-

ster. Motus autem ipse impediti non potest ab actu-
ali motione instrumenti, quia respectu illius non co-
paratur ut virtus, sed ut ipsa actio vel fieri. Quod
si ex instrumento sic modo nata est sequi aliqua alia
actio distincta a motu & termino eius, ad quam mo-
tus instrumenti comparetur per modum principii
aut virtutis, omnis illa actio separabilis est a tali mo-
tu virtute divina, propter eadem causam. Quod au-
tem posita actuali concursum ad extrema non sit sepa-
rabilis actio causa secunda, communis consensio &
evidens est, quia ille concursum non est separabilis ab
aliquo termino & effectu primae cause: nam si est co-
cursum ad extra, aliquid extra Deum sit, id autem ne-
cessere est fieri a causa secunda: alias ille non esset con-
cursum cum causa secunda, sed actio solus Dei. Vnde
ipsum nomen concursus satis declarat insepa-
rabilitatem ab actione causa secunda. Ergo concur-
sus essentialiter est aliquid per modum actionis vel
fieri, ut est a prima causa.

Dico secundo: Concursum primae causae praeter id
quod est per modum actionis, non includit ex intrin-
secis necessitate aliquid de novo indutum ipsi causa
secunda, quod fit principium actionis eius, vel condi-
tio ad illam necessaria. Dico, de novo indutum, quia
certum est concursum causa secunda supponere in
illa virtutem agendi dataam & conservatam a prima
causa, quod hic supponimus, & inquirimus quid ul-
tra illam necessarii sit adiungi ex parte primae cause.

Hac ergo conclusio summa potest ex D. Thoma i. 2.
quest. 109. articul. 1. 2. & 3. vbi actionis causarum
secundarum duo tantum dicitur requiri, nimirum in-
trinsicam virtutem connaturam (loquitur n. de
naturalibus actionibus, de quibus solis nobis sermo
est in tota hac disput.) concursum Dei, quem ibi
vocat motionem seu auxilium Dei mouentis: cur
autem ita illum appellat infra videbimus. Quod au-
tem ea voce nil aliud intellexerit, pater, tum quia a-
lias praetermissa est id quod per se ac maxime necessaria
est: tum etiam quia iam non tantum duo, sed
tria essent necessaria ad actionem creaturarum, scilicet
virtus eius, motio, & concursum. Atque ita intellexisse
videtur Caietanus ibi, dicens illud auxilium Dei
mouentis esse cooperationem eius. Qui eadem sen-
tentiam doceat i. part. quæst. artic. 13. & quæst. 16.
artic. 8. vbi expolens illud axioma, causa secunda non
agit, nisi mota a primâ, dicit, intelligendum esse, non
de motione prævia, sed de motione intrinsecè coo-
perante ipsi actioni. Et subdit: Talis est autem coopera-
tio prime cause, de qua scriptum est, quod attingit a fine
usq; ad finem foriter: disponitque omnia suauiter, iuxta mo-
dum cuiusque cooperans uniuersum. Eadem est sententia
Scoti variis locis, sed præterim in 4. dist. 1. quæst. ad
vltimum, vbi ait, causam secundam non dici agere in
virtute prime, quia tunc aliquid recipiat ab illa, sed
quia habet ordinem inferioris ad illam: & subdit: Ex
huius patet quod causa prima in causam secundam proprie-
tatem non est influentia noua, qua sit creatio aliquis inhe-
ritans causam secundam, sed influentia ibi est determinatus ordo
suarum causarum in agendo effectum communem. Idem senten-
tia Alma in tract. i. Moral. capite primo, & Gregori-
us in secundum distinct. 28. quæstione prima, articulo
3. ad 12. vbi declarat concursum Dei consistere so-
lum in partiali coefficientia Dei quantum est ex es-
sentiali subordinatione causa secunda ad primam:
quod adiutorio quia ex alio capite ad actus bonos re-
quirit speciale Dei promotionem, de quo alias: i-
dem in 2. dist. 3. ad 8. Capreolus etiam in secundo
distinct. 28. quæst. 1. articulo 3. ad 12. cont. 2. concl. vbi
referens sententiam Gregorii illam approbat, & di-
cet, Concordat S. Tho. i. 2. q. 109. sive singulis articulis, Gab.
etiam in 2. dist. 37. a. 3. dub. 2. Greg. imitatur. Alios re-
feram secundum. seq.

Ratione probatur primo, quia per hunc concur-
sum actualem Dei per modum actionis: prout expli-
catum est salvatur omnis dependentia essentialis, tu-
causa.

XXIII.
Ratio secundum
da concursum
actualis.

causæ secundæ à prima in causando, tum actionis eius in fieri, cum etiam effectus in omni esse suo. Item ratione huius concursus verum est, primam causam immediate ac per se effice, & omnia, & quicquid aliud de illa ut causante omnia, vel autoritate creditur, vel ratione probari potest: ergo superuacaneum est quipiam aliud fingere. Antecedens ex dictis in priori assertione pater: & clarius in solutionibus argumentorum. Consequentia vero probatur, tum quia natura abhorret quidquid superfluum est, teste etiam Aristotel., de Cœlo, capite quarto, & aliis locis: tum etiam quia rationes præcedente sectione factæ pro sententia Durandi, probant, solam illam efficientiam primæ causæ esse coniungendam causæ secundæ ad actionem eius, quæ per se fuerit necessaria ad essentialiæ, dependentiam omnisentitatis vel modi realis à primo ente: tum deniq; quia alias nullus esset status, sed quacunque reposita posset quisiāliam adiungere: & sicut præter actualiæ concursum requirunt alii motionem, alii complementum virtutis, posset aliquis illa tria postulare: & alius prosu arbitratus posset quartum quipiam adiungere, vt per se satis constat.

XXIII.

Secunda ratio est, quia nihil potest requiri ut principium per se, nec etiam ut conditio necessaria principij per se: ergo nullo modo: ergo concursus primæ causæ ut sic nihil requirit per modum principii, sed solum per modum actionis. Consequentia sunt claræ ex sufficienti enumeratione: Maior satis probata est refutando priorem sententiam. Minor vero eodem seu proportionali discursu demonstranda est. Nam sicut causa secunda in suo ordine potest esse completa in virtute agendi, ita requirit certas & determinatas conditiones necessarias in eodem ordine ad agendum, quas omnes habere supponimus, quando de necessitate concursus primæ causa præcisæ disputamus. Nam si quæ illarum defit, ne causari quidem erit, si causa illa operatura est, ut conditio illa prius adiungatur per efficientiam primæ causæ, vel solam, vel cum alia causa secunda: illa tamen necessitas non est ex vi concursus aut dependentia à prima causa, sed ex peculiari defectu. Sicut ergo causa completa in virtute non indiger alio complemento virtutis, ita causa completa in conditionibus prærequisitis ad agendum in suo ordine nullam nouam conditionem prærequisitum. Dicere autem præter eas conditiones nobis notas, quas causa secunda possunt per se, vel per alias secundas causas comparare, requirere quandam aliam occultam conditionem, quam ex solo influxu causa primæ habere possunt, sicut gratia dictum est, ita faci & contemnitur, quod nulla auctoritate, vel ratione alicuius ponderis vel momentinitatur.

XXVI.

An et qualiter causa secunda à principiis applicatur ad agendum.

Sed vterius positiue ostendere possumus, nullam talen conditionem exigitari posse, discurrendo per illa quatuor, quæ in argumentis supra factis tanta sunt. Primo enim appellabatur hæc conditio applicatio causa secunda ad agendum. At nos supponimus applicacionem omnem nobis notamiam factam: confitit autem hæc applicatio, vel in aliqua motione locali, vel in actione vitali, seu animali, ut quando causa finalis applicatur per cognitionem, vel potentia motus per appetitum. Quo sit vt, sicut hæc applicatio confitit in aliqua reali actione, ita esse non posse sine efficientia causa primæ ordinariæ quidem per causas secundas, extraordinariæ autem per se ipsam. At vero præter has, quænam alia esse posse applicatio? Nam si est realis efficientia, erit realis motus vel mutationis causa secunda. Quem ergo terminum habeo? Non, localem, nec alterius generis extra qualitatem, ut per se notum videtur. Neque etiam esse potest qualitas aliqua: nam, si illa qualitas datur ut virtus agendi, iam non est conditio tantum, sed principium per se actionis, & redeunt rationes superius factæ. Si vero datur ut nihil agat, impertinens est

ad agendum: nec reddi potest ratio cur dicatur conditio necessaria. Dices, esse necessariam ut coniungat secundum agens primo, ut instrumentum principali cause. Sed hæc & similia, quæ verbis dici possunt, in re explicati non possunt, quia illa coniunctio, neque est aliqua realis vno, neq; intimior presentia, sed solum uouus quidam effectus, cuius officium & necessitatatem ad actionem cause secundæ inquirimus.

Nec vero dici potest, terminum illius mutationis, quæ applicatio dicitur, esse ipsammet actionem causæ secundæ, tum quia una actio non est terminus alterius, ut sequent. secundum latius dicam: tum etiam quia illa applicatio est mutationis in ipsa causa secunda: actio vero eius sepe est in passo: tum denique, quia illa applicatio dicitur esse conditio prævia ad actionem: ergo & terminus eius est etiam prævius: sicut ergo in causa secunda nihil est realis, quod talem mutationem terminare possit, ita neque est talis applicatio, quæ sit aliquid reale in ipsa prævium ad actionem.

Alio modo appellabatur illa conditio motus quo causæ prima mouit secundam ad agendum. Et de hoc modo, ut eodem discursu inquiri potest quem terminum prævium habeat, & consequenter ad quam species motus vel mutationis ert inveniat, quia neccesse est omnem motum realem ad aliquid tendere, & in aliqua specie esse: talis autem motus non est localis: quia non est necessaria causa secundas localiter mutari, quandocumque agunt, de motu vero ad quantitatem certior res est: de mutatione autem ad qualitatem procedit eodem modo ratio facta de applicatione: præter hoc tamen nihil est quod per illum motum fieri possit, ut facile patet discurrendo per omnia genera entium. Nec vero potest illi motus per se terminari ad ipsammet actionem causæ secundæ, tum propter rationes factas de applicatione, tum etiam, quia alias iam illi motus non esse conditio ad illam actionem prærequisita, sed erset intrinseca via ad illam actionem: quandoquidem illa actio dicitur esse propriæ & inmediata terminus illius motus. Ex quo vterius sit, ut hæc utile motus dicitur esse à sola prima causa, ita terminus eius, nam ab eadem causa est terminus à qua est via. ergo si actio causa secunda est intrinseca terminus illius motus, erit à sola causa prima, quod involuit apertam repugnantiam: quomodo enim est actio causa secunda, si est à sola prima? Quod si dicitur, actionem cause secundæ non esse intrinsecum terminum illius motus, sed potius extrinsecum seu remotum, necessario assignandus erit aliis terminis intrinsecis & propriis: nullum autem alii agari posse, discursus à nobis factus, sufficienter ostendit.

Tertio vocabatur illa conditio excitatio virtutis. Quæ si ponatur fieri per veram & realem actionem causa primæ in secundam vel in virtutem eius, fieri per illam actionem aliqua mutationis causa, de qua procedet tota argumentatio proximè facta. Quod si non sit illa excitatio per veram & realem actionem in causam secundam, iam nihil agitur in causa secunda, quod se habet per modum principii quod invenimus. Et præterea explicandum super est illis auctoribus supra à nobis citatis, qui talem excitatio nem requirunt, quomodo excitatio virtutis facta actione, aut per denominationem, ut vocant, extrinsecam, & quæ sit necessitatis talis excitations proniens à sola causa prima, præter omnem illam, quæ esse potest proutiens à causa secunda. Et ut hoc amplius intelligatur, aduerte excitationem potentia ad operandum, propriissime inueniri in potentis animæ: extendi tamen aliquo modo ad nonnullas virtutes naturales, quæ non agunt nisi prius alterentur earum subiecta, ut piper non calefacit, nisi conteratur, & res odorifera sepe non mittit odorem, nisi prius calefiat.

XVIII. Hec ergo alteratio prævia solet dici excitatio virtutis per metapleroram: re tam non va est aut complementum virtutis, et qualitatem additam, aut applicatio vel dispositio agentis, ut ex se emittere possit vaporem, vel exhalationem, quia mediante agere, ut dum est odorifera per cæfationem, arefis, facilius potest exhalare odorem, & sicut aliis. Excitatio autem causa primæ non potest esse similitudinem naturali per alterationem præviam, quia nec complementum virtutis est semper necessarium in causa secundæ, ut ostensum est, neque etiam dispositio aliqua materialis: nam in multis causis secundis necessaria non est, ut est evidens in igne cæfacione, Sole illuminante, & Angelo mouente cœlum: & ubi est necessaria per alias causas secundas fieri solet, nec pertinet ad subordinationem causa secundæ, respondeat primæ.

XIX. Excitatio autem potestiarum animæ duobus modis, uno ab obiecto, vel in genere efficientis, ut in potestis cognoscitius, vel in genere finis, ut in appetitu. Et hoc genere excitationis etiam est per se notum, primam causam non excitare secundam ex vigore alii concursus, quia multæ causæ secundæ non sunt capaces obiectivæ excitationis: quæ vero capaces sunt, non semper mouentur à causa prima ut ab obiecto. Neque etiam causa prima ex suo generali munere habet applicari obiecta excitantia nisi concurrendo cum causis secundis. Ad opera vero gratia excitat quidem Deus homines peculiari modo, veruntamen illa excitatio non pertinet ad concursum causæ primæ, sed ad supplendam, vel iuandam imperfectionem alicuius causa secundæ: de quo genere diuinæ excitationis peculiariter disputant Theologii in materia de gratia. Alio modo fit excitatio circa potentias animæ per quandam efficientiam quæ moralem, per naturalem sympathiam quam habent ex eo, quod in eadem essentia animæ radicantur, cum subordinatione inter se, quæ etiam dici solet motio, vel applicatio unius potentie per illam: quo modo potentia motiva existens in musculis excitatur vel applicatur per appetitum, & voluntatem dicitur hoc modo mouere omnes animæ potentias. Sed neque hoc genus excitationis habet locum in causa secundæ respectu primæ, tum quia intrinsecè includit vitalem modum operandi, tum etiam, quia requirit coniunctionem facultatis mouentis & motæ in eodem radicali principio. Atque ita videntur exclusi omnes modi excitationis, quos possumus non explicare aut assequi: tingerem autem aliquem alium infamabilem, eiusque fidem petere, cum nec Christiana fides illum doceat, nec ratio aut necessitas illius redatur, ab omni ratione alienum est.

XX. Dicere vero quis potest, reperiri inter causam primam & secundam, quandam sympathiam ortam non ex eradicatione potentiarum in eadem essentia, sed ex essentiiali subiectione causa secundæ ad primam, & supremo domino prime in secundam. Conlisterem autem potest huiusmodi sympathia in hoc, quod volente Deo ut causa secunda operetur, statim necessaria cœlestionis causa secunda agit, non quia in se aliquid recipiat ex vi illius voluntatis, sed quia statim illi obedit agendo, sicut potentia motiva obedit appetitu. Per hanc ergo voluntatem dici potest Deum applicare, mouere, vel excitare causam secundam ad agendum. Et quia illud velle Dei interuenit semper in concursu cum causa secunda, ideo prima causa dicitur concurrendo excitando causam secundam. Veruntamen hic dicendi modus, sive ut verus, sive falsus, non pertinet ad præsentem questionem: hic enim solum agimus de concursu externo & transversale, illa autem excitatione tali modo explicata solum sit per velle internum. Item ex vi illius voluntatis nihil in se recipit causa secunda per modum principii, vel conditionis necessariae ad agendum, de quo nunc agimus. Ergo eo modo quo nunc disputamus, nulla

excitatio sit in causa secunda ex vi solum concursus causa primæ. An vero ille modus excitationis verus sit, quia punctus est diff. ilis, & necessariis ad complementum huius materiæ, infectione quarta explicabitur.

Quarto dicebatur illa conditio necessaria, Determinatio causa secunda per effectum primæ. Hec autem non est probabilior, quam reliquæ, & generatim argumentando, si hæc determinatio dicitur fieri per veram actionem primæ causæ in secundam, redeant argumenta supra facta, quod illa actio inserat mutationem in causam secundam, cuius mutationis nullus terminus assignari potest. Specialiter vero, hæc necessitas talis prædeterminationis nulla est in causis secundis naturaliter agètibus, quia illæ naturæ sua sunt determinatae ad unum: quam quidem prædeterminationem accepunt à Deo non per concursum sed per influxum & conseruationem talis naturæ. Quo sensu loquitur Diuus Thomas in par. quæst. 105. art. 1. rad. 3. Formaliter vero hanc prædeterminationem habent tales causa ab intrinseca natura. Vnde sub hac consideratione dici solet, causam secundam determinare concursum primæ ad speciem actionis, potius, quam determinari ab illa, ut videtur loqui Diuus Thomas in 2 distinct. 1. quæst. 1. art. 4. in corpore. & ad tertium, & 1. contra Gentes, ca. 66. ratione 5. ubi dicit: Secundogenita sunt quasi particulantes & determinantes actionem primi agentis. Et sumitur ex Dionysio capite 4. de diuinis nominibus, dicente, Dei actionem ex se esse indifferentem; variari autem ex diuersitate subiectorum & causarum. Dicuntur autem causa particulares determinatae, & concursum, non quia ad hoc efficiant aliquid præsumum: quid enim possunt? Neque quia Deus voluntate sua illum determinet, quod declarabimus sectione quarta, sed, quia hæc causa natura sua postulat hunc concursum potius quam alium. Deus autem sese accommodat naturæ vniuersiisque: & ideo etiam dici sole, hæc determinatio, ut est à causa secunda, esse in genere causa materialis. In his ergo causis naturaliter agentibus non est necessaria illa conditio prævia, quæ prædeterminatione dicebatur. Quod si interdum hæc naturalia agentia propter vim agenti vniuersalem habent indifferentiam aliquam in facultate agenti res specie diuersas, naturaliter ac physice loquendo, semper determinantur ad unum effectum in specie vel ex se, vel ex concursu aliarum causarum, aut materialis aut coefficientium, ut supra disputatione 18. sect. 1. declaratum est.

Denique etiam si demus (quod probabile est) quoad singularitatem actionis vel effectus determinari causam secundam à prima, ut Nominales affirmant, & in superioribus nobis probabile visum secundum causam ad indicium est: non oportet fingere, illam de determinationem fieri per aliquam actionem causa primæ in secundam, accedendo nimis aliquid virtuti eius. Imo & supradictum modo intelligi, quia etiam illud ad determinatio de se est indicium ens ad plura individua similia facienda: nulla enim res, quæ in aliqua specie vim habet actionem, determinatur ex se ad unum tantum individuum efficiendum, ut patet discurrendo per omnes virtutes naturales. Si quis autem velit peculiari: exerceat & hanc entitatem, vel virtutem quam causa prima addit secundæ, gratia id afferet, & sine causa multis implicabitur difficultatibus. Oportebit enim fateri, quod es variatur actio agentis naturalis diuersis temporibus, vel circa diuersa subiecta, variari etiam illas entitates prædeterminationis, quas in se recipit causa secunda à prima. Et similiter si ignis sucesione cæfascit, continuè etiam aliquid debet in se recipere & pati, quo determinetur ad illam successivam actionem. Denique vel superflius est ille modus prædeterminationis, vel fatendum erit, facultatem naturalem esse sufficientem de se ad specificam rationem effectus; non vero ad singula-

gularitatem eius : illud vero additum dare vim ad singularitatem , quod est intelligibile , cum in effectu prout in re sit , specifica & singularis ratio non distinguantur .

XXXII.

Dicendum est ergo, illam de: terminacionem suffi-
cienter heri per voluntariam præfinitionem diui-
ni concursus. Itaque ignis, verbi gratia, indifferens
est ad hunc vel illum calorem faciendum, non quidem
nega: iue seu priuatiue, id est, quia ad neutrum
habeat compleatam virtutem in suo genere, sed pos-
tive, quia ad vtrumque est satis potes in ratione cau-
se proxime, & ad neutrum determinatus: Deus autem
sua voluntate statuit cum illo cōcurrere ad hūc
potius quam ad aliū: & hoc satis est ut ab igne pro-
cedat hic effectus numero potius quam aliis. Non
est ergo necessaria talis conditio prædeterminans,
quæ fit res aliqua recepta in ipsa causa secunda.

XXXIII.

Ex his autem, quæ de naturalibus agentibus diximus, colligitur, huiusmodi conditionem multo minus esse necessariam in causis secundis liberis, ex vi subordinationis & dependentiæ essentia causa secundæ à prima. Nam eiusdem rationis est quod hæc dependentia causa liberæ ac necessaria à prima causa. Vnde si in causa naturaliter agente sufficienter saluatitur illa dependentia per concursum, quia in actione consistit, etiæ saluatitur in causa libera. Nec verò ob peculiarem modum agendi causæ liberæ, est in ea talis conditio necessaria, quia licet voluntas, verbigratia, quæ est potentia libera, sit ex se indifferens, positis cunctis requisitis ad agendum & non agendum, tamen reuera est tam potens ad agendum ac si non haberet alteram facultatem: & è conuerso tam potens est ad non agendum, ac si nihil aliud posset. Itaque ad vtrumque & ad singula habet plenam potestatem: ergo sicut alia agentia per potestatem quam habent ad vnum, possunt illud exerci cum communis concursu absque illa prævia conditione prædeterminante: ita agens liberum, per potestatem quam habet ad plura, potest cum communis concursu aliquod eorum exercere (loquimur de actibus intra ordinem naturæ contentis) absque illa conditione. Tantumque absit ut peculiariis conditio & indifferentiæ libertatis ad hoc obste: vtpotius in hoc sit posita eius excellentia & dominium in suam actionem.

xxxiv

Vnde, cum dicitur, facultatem indeterminatam non posse determinatam actum vel effectum efficer, ad summum habet locum in potentia ita indifferente ad plura, ut sit per se incompleta & insufficiens ad singula, quae ut si magis est indifferenta passua & imperfecta, quam actua & perfecta: propter quod talis indifferenta dici solet negativa. At vero, quando potest est indifferens per completam vim ad utrumque oppositorum, & per dominium in suum actum, optimè potest, quamvis in actu primo sit indeterminata & indifferens, determinatum effectum seu actum secundum effice, e, sese ad illum determinando. Haec est enim propria vis & potestas eius, à qua habet quod libera sit. Sicut et am diuina voluntas est indifferens ad plura obiecta vel effectus creatorum, & ipsa determinat ad aliquod eorum: huius enim efficacia & dominii participationem accipit voluntas creatura, quamvis longe impare in perfectione & modo. Nam inveniuntur voluntas est indifferens ad plura obiecta extra se, non vero ad plures actus volendi, vel non loci: voluntas autem creatura, et ad plures actus est indifferens. Deinde inveniuntur voluntas determinatur sine novo actu illi addito: creatura vero per nouum actum. Ac denique voluntas inveniuntur non pendet ab alio in sua determinatione: creatura vero penderet sicutem ad concursu primæ cause: cu[m] eo tamen, sicut potest velle ea quæ sibi proportionata sunt, ita et ad ea se determinare.

XXXV.

Vnde vterius addo, illam conditionem, quæ præ-determinatio dicitur, non solum non esse necessa-

riam causę liberę ob pecularem modum agendie-
ius, verum etiam illi ob eam causam repugnare, si
liberę quoad exercitium & specificationem operatura
est: nam vñs libertatis quoad vtramq; parre perta-
lent prædeterminationem impedirentur. Quod pri-
mo declaratur in indifferentia, quoad specificatione
actus, nam cum sola prima causa dicatur efficiere hāc
prædeterminationem, voluntas tantū & in potentia
passiuā ad illam: vnde respectu illius non est libera,
sed est passiuā, seu negatiue indifferens, sicut mate-
ria ad alias formas: nam in potentia passiuā vñs, nō
est libertas, vt supra ostendimus. Non est ergo in po-
tentia actiue & libera voluntatis, vt hanc vel illam
de crenimatione recipiat: cum ergo ad vñnum tantū
actum determinetur, illum potest efficiere & non
liberum, quia nec potest illum efficiere nisi ad illum de-
terminetur, neq; & potest efficiere vt ad alium deter-
minetur: sed hoc est in sola voluntate extrinseci agé-
tis. Ergo nunquam est pxiime & actiue indifferens ad
plures actus, seu quoad specificationem actus. Pace
hāc vltima consequentia, quia voluntas ante receperat
hanc prædeterminationē ad neutrum actū est per-
fecte & actiue indifferēs, quia si illa prædetermination
est necessaria, sine illa non est completa vis agendi
cum omnibus prærequisitiis ad agendum, sicut ad li-
berratam necessarium est.

Neque eriam est in manu voluntatis habere hanc determinationem, vel unam potius quam aliam: quid enim ad hoc faciet, cum facere nihil posit nisi prædeterminata? Veli si recipit determinationem ad volendum malum obiectum, cur ei imputabitur, quod non recipiat determinationem ad nolendum illud? Neque enim illi potest imputari propter aliquem priorem actum, tum quia fieri potest ut nullus præcesserit; tum etiam quia ille fieri non potuit sine alia prædeterminatione, de qua eadem redi difficultas. Neque etiam potest imputari propter priuationem alicuius actus, tum quia nec prædetermination ad illum actum est in potestate eius, & consequenter nec parentia actus potest illi imputari, quia in uniuscum prima radix non operandus in voluntate, etiam positis aliis prærequisitis, est, quia non accipit hanc prædeterminationem: nam si ullam recuperet, operaretur. Tum etiam, quia non semper ad actum malum positiuum antecedit parentia prioris actus debiti, sed simul dum unus eligitur, aliis omittitur. Accidensque in eo progressu non est procedendum in infinitum, sed sistendum in aliquibus actibus primis, quorum unum voluntas voluntarie efficit, alium omittit. Et in illis explicari non potest, quo modo prædetermination passua ad unum potius quam ad alium sit in potestate voluntatis. Si ergo talis prædetermination necessaria esset, tolleretur indifferenta quoad specificationem actus.

Atque inde vtterius concluditur, tolli etiam quo-
ad exercitium actus. Nam, vt declaratum est, si præ-
determinatio illa est necessaria, ante illam receptam
non est, in potestate activa & libera voluntatis talen-
tum exercere, quia nondum est potentia prox-
ima, id est completa, & cum omnibus prærequisitis
ad agendum, etiam est potestas activa remota (vt
ita dicam) quia non est in potestate voluntatis al-
iquid facere, quo illa conditio, seu prædeterminatio
adhibetur, sed solum est in potentia passiva ad il-
lam, quæ non sufficit ad libertatem: quæ omnia factis
declarata & probata sunt. Rursus potest in volunta-
te illa conditione, quæ prædeterminatio dicitur, fieri
non potest quin ipsa exercet actum; nec potest rela-
stere determinationi, seu motioni eius: ergo num-
quam habet potestate exercendi, & nō exercendia-
tum: ergo tollit indifferentiæ quoad exercitium,
qui in hac potestate consistit. Antecedens certum
est in ea opinione quam impugnamus: nam hæc pre-
determinatio dicitur pertinere ad actualē concur-
sum

sum Dei. Vnde sicut impossibile est Deum concurrens cum voluntate, & ipsam non operari, ita impossibile est voluntatem recipere illam prædeterminationem & non prodire in opus. Et ex ipso nomine prædeterminationis id constat: nam si post receptam prædeterminationem potest voluntas non operari; ponamus non operari; ergo tunc adhuc manet in differentia operandum & non operandum: ergo indiget prædeterminatione ut operetur, & falsum est accipere prædeterminationem.

Etus primus, & sic aut subditur vsui voluntatis, & ita non prædeterminat illam, ut verum est de omnibus habitibus in voluntate existentibus, aut subdit illam sibi, suaq; necessaria efficacitati, & ita impedit vel in libertatis eius. Adde inauditum esse in voluntate aeternum primum, qui non sit habitus ejus: nullaque ratione declarari posse ad quid talis actus primus necessarius sit, præfertim in ordine naturali actum, ut nunc loquimur.

Video offerri hoc loco occasionem tractandi quæplures difficultates ad libertatem arbitrij pertinentes, præfertim illas quæ apud Theologos de diuina præsencia, præcognitione, prædeterminatione, & gratia, & de illa maxime quæ in efficacia auxilio constituit, disputantur. Sed iam præmisimus, hoc loco nihil nos agere de actionibus super natura alibus, nec de efficacia gratiae, sed solum de generali concursu primæ causæ cum secundis: ad quem negamus illam prædeterminationem esse necessariam, aut in causis liberis posse in concordiam reddigatum vsu libertatis earum. Nihilominus tamen verum est Deum habere aeternam præscientiam omnium quæ in tempore sunt: quia non sunt sine ipso agente, & ipse non agit nisi quæ cognoscit, quia per intellectum operatur: non cognoscit aurem quicquam ex tempore, sed ex aeternitate: ea autem cognitionis non requirit Phylaciam prædeterminationem causarum, sed aeternam præsentiam omnium quæ in tempore sunt. Sim liter verum est, Deum posse sua voluntate aeternæ prædefinire effectus suis prouidentia contentaneos: posse item voluntate hominum mouere quo vult, & quando & quomodo vult: atque ita posse etiam & sepe conferre omnibus auxiliis efficacia gratiae iuxta mensuram voluntatis suis: sed hoc non pertinet ad concursum generali. Quomodo autem hanc, ad supernaturalia Theologia mysteria pertinet. Id vnum credimus, ad ea omnia non esse necessariam prædeterminationem physicam liberi arbitrij, neque aliquid simile quod arbitrij laded libertatem: sed de his alias.

Quinto dicebatur illa conditio necessaria propter subordinationem causa secundæ ad primam, Num sine prædicto omni causa secundæ subordinatione rhy ordinatio causa secundæ ad primam. quasi non posset vera subordinatione intelligi sine aliqua impressione (vt sic dicam) causa primæ in se-
cundam, quæ sit quasi vsus eius. Verum tamen argu-
menta facta sub nomine motionis, applicationis, &c. procedunt de quacunque reali impressione, aut quibus alia voce significetur. Deinde quod ad subordinationem nihil hoc deseruit, ita ostendo: Nam subordinatione inter causam secundam & primam duplex intelligi potest. Vna est radicalis, seu a pri-
tudinalis: quæ in hoc tantum consistit, quod causa secunda non est apta ad agendum nisi dependenter à causa prima. Radix aurem huius subordinationis ex parte ipsius causæ secundæ est dependen-
tia essentialis quam habet à Deo in suo esse. Ex parte vero cuiuscunq; effectus vel actionis quæ potest manare à causa secunda, radix est esse ens per participationem, quod non potest esse nisi ab ente per essentialiam. Ad hancigit subordinationem, est quidem necessaria illa actio causa prima in secunda, qua dat & conservat illi esse & virtutem agendi: illa vero sufficit, neque est alia per se necessaria: quia ex vi huius posita est tota radix & causa illius subordinationis in actu primo.

Alia vero est subordinatione in actu secundo. Quod autem hoc etiam non requirat nouam actionem, qua causa prima conferat secundæ aliquid per modum principij actualis, ut vocant, duobus modis ostendo. Prior est, quia hæc actualis subordinatione non est de nominatio intrinseca in causa secunda, per se loquendo. Quod patet, quia solum in hoc consistit, quod causa secunda pendeat à prima in agendo: si ergo ipsum agere ut sic non est denominatio intrinseca in causa

III. Quod etiam confirmatur ex definitione potentie liberæ supra tradita, scilicet, de ratione illius esse ut possit omnibus prærequisitis ad agendum, possit agere & non agere: nam in præsenti una conditio necessaria esse dicitur prædeterminatione facta à prima causa, qua posita non potest voluntas agere & non agere, sed agere tantum: ergo sine liberteate quoad exercitium, & ex necessitate agit. Nec refert quod illa necessitas sit ex suppositione, nam illa suppositione est antecedens omnem vsu libertatis, & ab extrinseco proueniens, ut satis declaratum est: talis autem suppositione si necessitatem inserat, inducit necessitatem simpliciter & tollit libertatem: iuxta doctrinam Anselmi & aliorum in superioribus declarata. Ideoque merito dixit Scotus in 4. d. 49. quæfitione sexta, §. Duo ergo, libertatem voluntatis tolli, si ab aliquo habitu inherente prædeterminetur ad unum: nomine autem habitus intelligendum est quidquid per modum principij, seu actus primi antecedit actum secundum, nam de quolibet huiusmodi eadem est ratio.

IV. Unde tandem potest vitraque pars ita confirmari, quia voluntatem de se indifferentem ad plura physice & intrinsecè determinari ad unum eorum, nihil aliud est quam velle illud: ergo nec potest talis prædeterminatione esse prærequisita ad volendum, nec potest omnino ab extrinseco prouenire à sola causa prima: quia velle non est in nobis sine nobis; & licet daremus de potentia absoluta id fieri posse, saltem non posset fieri ut illud velle esset liberum, ad quod voluntas mera passio se haberet. Antecedens probatur, quia in voluntate nihil est nisi aut actus secundus aut primus, neque inter hæc potest ex cogitari medium: neque ab Aristotele, aut alio philosopho invenimus est: ergo vel illa prædeterminatione est actus secundus: & illum appellamus velle, sub quo & nolle, & similes actus comprehendimus. Vel est a-

causa agente, dependentia in ipso agere ut sic non erit denominatio intrinseca, sed extrinseca, in hoc consistens quod ipsam actionem causam secundam pendet essentialiter à prima causa tanquam à primo ac praecipuo fonte fuisse. ergo ut secunda causa quatenus actu agens est, essentialiter subordinatur primæ, non est necesse ut aliquid nouum per modum principii in se recipiat, quia secundum hanc rationem non subordinatur ut recipiens sed ut agens ergo subordinatio hæc posta est in ipsa actione, quatenus essentialiter pendet à prima causa.

XLIV. Secundo idem declaratur, nam si et admittamus causam primam aliquid effacere in secundam per modum principii, adhuc causa secunda, ut affecta toto illo principio præ se conceperit, est subordinata causa primæ solum in actu primo: ergo in actione oportet ut actualiter subordinetur per nouam dependentiam in agendo, ut in superiorib. probat: mihi ergo subordinatio actualis agentis ut agens est, non consistit in illa præiuia actione, que tantum ad constitutendum vel complendum actum primum pertinet, ergo, quanvis supponatur constitutum sine illa actione, per solam effectiōnem & conservationem causæ ac virtutis eius, adhuc manebit integra subordinatio actualis in agendo.

XIV. Tertio declaratur hoc ipsum exemplis: nam calor, verbi gratia, subordinatur forma ignis in agendo ignem, non quia aliquid in se recipit à formam agit, præter suam entitatem, sed propter dependentiam actionis ab illis duobus principiis ita inter se constitutis, ut unum (ut sub altero, id est, ut sit inferior illo, & posterius illo, & pendens ab illo. Similiter in supernaturib. sacramentum, verbi gratia, Baptismi est subordinatum Christo in agendo, non quia in actuali actione aliquid in se recipiat, iuxta probabiliorēm opinionem. Et similia exempla multa facile possent inueniri. Igitur neq; ex vi subordinationis necesse est, aut fieri potest, ut cōcursum primæ causæ consistat in aliquo, quod per modum actus primi detur causa secundæ in ipsa actuali actione.

Satis fit aliarum opinionum funda-
mentis.

XLVI. Ex his quæ diximus, probando nostram sententiam à virtute responsum est ad fundamenta contraria sententiarum: ut tamen declaremus quo sensu intelligendæ sint grauium authorum locutiones, & quomodo cum solo concursu consistente in actione saluentur locutiones illarum ac denominations, necessarium erit ad singula sigillatim respondere.

Exponitur axioma illud, Causa secun-
da non agit, nisi mota à
prima.

XLVII. Ad primum ergo dicitur primo, axioma illud, Causa secunda non agit, nisi mota à prima, intellexit in ea proprietate, quod causa, præter suum esse, & omnem virtutem agendi connaturalem quam habet, indiget novo motu, vero ac reali in ipsa recepto ut agat, falsum esse, ut probatum est. Neque inuenitur in eo sensu ab Aristotele alicubi traditum. Vnde etiam est falsum, in illo principio sic intellexito fundari, vel reductionem omnium motuum ad primum motorem, vel omnium entium ad primum ens. Nam illa argumentatio fundatur, vel in physica experientia & ordine sensibilium motuum, vel in proportionali dependentia omnium effectuum à suis causis, non vero in illa occultissima proportione, nulla ratione fundata. Itaque discursus Phycicus Aristotelis fuit, omne quod mouetur ab a-

lio moueri, omnesque motus in inferiorum corporum aliquo modo reduci ad motum cœli: sed in autem ipsum moueri ab alio: atq; ita cum non procedatur in infinitum, sistendum est in aliquo primo in motu. Discursus autem meus aphyicus proportionauit omne ens, quod non est a se amare ab alio: & illud aliud, si non sit à se, rufus esse ab alio, cumque non possit procedi in infinitum hinc enim esse in causa. Et proportionali modo poterit discursus serius inter agentia ut sic, ex vi essentiali dependentia nobis explicata: nam quod non est agens à se, secundum est in aliud in quo naturat in agendo, donec sistatur in aliquo quod à se sit agens, & in multo alio naturat. Denique fieri potest discursus naturalis ex sensibilibus motibus corporum vniuersitatis, per quos resistere corpore et applicantur ad agendum vel patiendum, sicut necesse est ad conservationem vniuersitatis: nam hoc est et signum, haec omnia ab uno supremo principe governari: illa ergo proposito in dicto sensu nec vera est, neque ad prædictas reductiones necessaria.

Continet igitur illa propositio Metaphoram & Analogiam quandam sumptam ex artificialibus instrumentis, ut probé notauit Fonseca libro quinto, regia Meraphysicorum, capite secundo, quæstione nona, sectione secunda. Nam quia videmus haec sensibilia instrumenta, quæ a nobis in agendo pendunt, & nobis subordinantur, non agere nisi mota a nobis, sed ad explicandam subordinationem & essentiali dependentiam in agendo causarum secundarum à prima, dicuntur causa secunda non agere nisi mota à prima. Proprius autem sensus est, illa non agentia adiutas à prima, vel (quod idem est) ut cooperantes primæ. Adde præterea necessarium esse, ut causa secunda habeat esse datum & conservatum à prima. Et hic continuus influxus ipsius esse, vel virtutis actione potest dici quasi continua quædam motio ipsius causa secundæ à prima. Rursus, si causa secunda indigat aliqua noua applicatione locali, aut excitatione vel ad agendum, illa etiam habet à causa prima, vel per causas secundas operatæ, vel interduum ab ea sola: sive enim ita operatur, non ex vi generali cursus, sed ex aliqua peculiari prouidentia. Quo sensu loquitur Scriptura in testimonio ibi citatis, quæ proinde non sunt ad rem. Atque hoc etiam sensu significari aliquo modo potest, causam secundam non agere nisi mota: nam si est spiritualis, agit præviactione immutante quam in se recipit, & ita mutatur: si vero sit corporalis, indiget propinquitateli, quam recipit per aliquem motum, vel qui unum sit, vel qui ante præcesserit. Vnde aliqui ex authoribus citatis præterit Augustinus, non dicunt causas secundas moueri dum agunt, vel moueri ad agendum, sed omnem causam secundam ita esse actuam, ut etiam passiva sit, & mobilis aliquo motu in quo non explicant aliquam conditionem, quam tales causæ requirant ad agendum, sed imperfectionem & potentialitatem quam natura sua habent. Quod etiam est satis ut intelligamus, deueniendum esse ad aliquam causam, quæ ita agat, ut nihil possit.

Exponitur hec locutio, Causa secunda applicatur à prima ad a-
gendum.

Ad secundum, ita est explicanda illa propositio: Causa secunda applicatur à prima, sicut illa, Monatur ad agendum. Et quidem Diuus Thomas qui maxime videtur illa locutione vñus, part. quart. 10. a. 5. in primis ipsam vocem corrigit, quia non simpliciter appellat causam primam applicantem, sed quod applicantum secundam. Deinde ibi non meminit alterius concursus vel motionis, sed tantum illius ap-

applicationis. Vnde quod in 1. 2. vocavit auxilium Dei momentis, in prima parte appellavit applicationem prime cause. Et utrumque nihil aliud est quam ipse actualis concursus, ne dicamus Diuum Thomam hunc aut ignorasse, aut tacuisse, quod & per se est absurdum, & repugnat eidem Diuo Thomae dicto articulo quinto ad secundum, vbi ex illa applicatione concludit vnam & eandem esse actionem primam & secundam causam: quod solum est verum propter concursum per modum actionis, vt sequenti sectione declarabitur.

Ipse ergo actualis & immediatus concursus actionis, sicut per translationem dicitur motio, ita etiam dicitur applicatio, vt significetur dari a prima causa v. a superiori, & ab ea dirigi & ordinari ad fines a se intentos, quod est quoddam applicationis genus. Et hoc probat ratio tacta in illo secundo argumento, & nihil aliud. Magisque intelligetur ratio illius vocis seu applicationis, si distinxerimus duplitem applicationem, aliam prauiam vt conditionem requiritam, de qua non potest illud intelligi, vt ostensum est aliam vocare possumus actualem seu formalem, intime inclusam in ipsa actione: sicut enim, qui actionem inchoat, dicitur tunc se applicare ad actionem: que applicatio non est aliud, quam exhibitus illius actionis: hoc ergo modo vocatur applicatio ipse concursus prime cause: tamen illa applicatio non est a sola prima causa, sed etiam a secunda, adiuuante prima, & sub hac ratione etiam applicante. Sub hac enim ratione applicationis significatur actio secundum primam emanationem a suo agente: & ideo, vt significetur, Deum concurrens ad illam secundum omnem rationem eius, dicitur Deus applicare causam secundam ad agendum. Et haec satis sunt ad illum locutionem.

Quid sit, causam secundam agere in virtute prima.

Alia vero locutio in eodem argumento posita, scilicet quod causa secunda agit in virtute prima, seu quod virtus divina est virtus omnis cause agentis: & alia similes quae habentur libro de Causis, exponuntur verbis Diu Thomae 3. contra Gentes, capite 70. vbi scilicet: *Virtus inferioris agentis pendet ex virtute superiori, in quantum superior dat inferiori virtutem agendi, vel conferat eam.* Et infra: *Oportet igitur quod actio inferioris agentis non solum sit ab eoper virtutem propriam, sed per virtutem omnium superiorum agentium: agit enim in virtute omnium.* Agere enim in virtute nihil aliud est, quam agere per virtutem participatam a superiori virtute, & dependenter in sua actione ab actuali influxu eius. Et eodem modo dicitur *virtus diuina virtus omnium causarum, quia omnes conseruat & omnes actu adiuuat.* Haec ergo duo sufficiunt, & per se requiruntur ad veritatem similius locutio-

num.

Verum est, Diuum Thomam q. 3. de potentia, a 7. addere tertium, nimirum, virtutem instrumentalem fluentem, quam recipit causa secunda a prima, vt agat tanquam instrumentum eius: diserte enim hanc numerat tanquam distinctam ab applicatione, & ab efficiencia seu conseruatione ipsius causae secunda & virtutis eius. Existimo tamen Diuum Thomam tate retractasse illam doctrinam in 1. p. vbi exquisitè tractans omnem modum quo causa prima operatur cum secunda, illam virtutem omisit, quod facere non potuisse in proprio ac præcipuo loco, si existimat esset per se necessariam ad concursum primæ causæ: & similiter 2. cont. Gent. cap. 70. illius non meminit. Nec discursus quem facit in dicto articulo 7. de potentia, est efficax. Fudatur enim in eo, quod causa secunda non potest efficiere esse existentem nisi per modum instrumenti: quod propriè & in rigore loquen-

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

do de instrumento, verum non est, vt in solutione ad quintum attingam, & latius infra disputando de essentia creaturæ.

Ad tertium respondetur, illa excitationem commentitiam esse, nisi Metaphorice ipsamer natu alis inclinatio ad agendum dicatur excitatio: illa autem inclinatio non est per actionem distinctam ab illis, quibus causa secunda & virtus eius conseruantur, & adiungantur. Ad rationem vero ibi propositam respondetur, agentia creata dum agunt, non perfici perfectione distincta ab ipsa actione: neque illius vnaquam Philosophorum aliquam priorem perfectiōnem excoxitavit. Actio vero ipsa ab ipso Deo est immediate, nō tamen ab illo solo, sed cum ipsa causa secunda. Quod si talis actio sit immanens in agente, erit perfectio eius intrinseca: tale enim agens habet vim se ipsum perficiendū, cum debito & accommodato concursu prime cause. Si vero actio sit transiens, quæstio est an secundum aliquid sui maneat in agente; vel an, licet omnino transeat in passum, etiam ibi sit dicenda perfectio agentis: de quibus suo loco dicemus, nam ad præsens nil referunt: quicquid enim horum dicatur, sufficit ad hanc perfectionem concursus prime cause per modum actionis.

Quarta & quinta ratio, cū omnib. quæ in eis tanguntur, tractata sunt, & expedita inter probandam secundam assertiōnem, præter duo puncta, quæ in quinta ratione insinuantur. Vnum est causas secundas non agere vt instrumenta primæ, quod est facile, nam licet interdum ita appellantur, ad indicandam dependentiam, quam in operando habent à prima causa: tamen non sunt proprie & rigorosè instrumenta, sed causæ principales in suo ordine: nam per proprias virtutes, & in suo ordine sufficiētes, agunt, instrumenta & effectus sibi similes producunt, vt notauit D. Tho. prima. questione 24. de veritat. articulo 1. ad quartum & quintum, & Scotus in 4. d. 1. qu. 1. ad v. & superius explicando diuisiones causæ efficientis idem declarauimus. Omitto, etiā in rigorosis instrumentis non esse necessarium, vt, priusquam agant, in se recipiant à causa principali aliquid per modum principij, à sua entitate distinctum, de quo alia. Aliud punctum erat de ordine prioris & posterioris natura, qui inter actiones causæ primæ & secundæ intercedit, de quo dicam scđ. seq.

Ad sextum fundamentum, simpliciter negatur assumptum, nimurum perfectius concursū Deum, si concurreat influendo aliquid actualē per modum principij: non enim cōsūstit maiori perfectiō in multiplicatione entitatiū principiorum, aut influxuum, alioqui essent hæc infinitè multiplicanda. Sed cōsūstit maiori perfectiō in hoc, quod singula fiant in debito pondere, numero & mēsura. Duo ergo spectant perfectiō ad summam perfectionem causæ primæ vt operantur & cooperantur in causis & cum causis secundis: v. cōsūstentia num est, vt nihil virtutis vel actus primi, vel conditio- nis requisita, quæ vere si aliquid, reperiatur in causa secunda, quod non sit datum & conseruat à prima: aliud, vt actio creaturæ fieri non possit sine actuali immēdiato influxu causæ primæ. Multiplicatio autem principiorum agendi, vel cōditionum necessariarum, per se nō pertinet ad perfectionem, generatim loquendo, sed ibi tantum addenda sunt talia principia, vbi specialis aliqua ac vera causa & necessitas, vel saltem utilitas intercesserit.

Ad primam itaq; probatiōnem respondetur idem esse, causam secundam pendere à prima in causando, & pendere in actione sua, leu (quod idem est) in causalitate sua: nam si pendet in suo esse, & in tota virtute sua, & vltierius in actione & causalitate sua, in quo alio perdere debet aut potest: Nam quod ibi additur de hoc complexo, causam secundam agere, nihil nouum est, nam creaturam agere, nihil est aliud, quam causam, quomo- do à Deo.

causa. Nam licet habitudo actionis ad causam secundam præcisè concepta non respicit Deum ut terminum illius habitudinis, tamen ut est aliquid in re, ab ipso Deo fit, sicut etiam passio ut passio non respicit Deum, sic tamen à Deo: hoc igitur modo creaturam agere, est etiam à Deo.

LVII.

A que idem est de illa locutione, *Prima causa facit, vt secunda faciat*: si particula vt, nihil aliud denotet, quam collationem virtutis, & Physici concursus necessarij ad operandum. Si vero denotet peculiarem habitudinem finis, ita ut significetur, primam causam peculiariter intendere omnem actionem cause secundæ in particulari, est quidem id sepe verum, non tamen est semper necessarium, alias enim actiones non intendit, sed permittit: & tunc non proprie in eo sensu facit Deus ut creatura faciat, sed permittit ut faciat, & que facienti cooperatur. Vnde non pertinet ad perfectionem primæ cause, vt in vniuersum & ad omnia concurrat illo modo, sed potius est præter sapientiam & bonitatem eius. Atque ita potest argumentum in contrarium retrorqueri, nam ex opposita sententia sequitur, Deum in vniuersum facere ut faciant, etiam iij qui male faciunt: qui per propriam actionem suam à sola sua voluntate prouidentem eos determinat ut ita faciant: de qua ratione dicimus plura in sectione quarta. Alio tandem ac morali modo dicitur Deus facere ut homines faciant, illustrationibus, & inspirationibus: quomodo in Scriptura reperitur illa locutio, non tamen pertinet ad concursum primæ cause, sed ad ordinem gratiæ vel specialis prouidentiæ diuinæ, cuius consideratio non est huius loci.

LVIII.

Qualiter
Deus faciat
causam nec
faciat.

Quod tandem in eo argumento dicitur, ad perfectum dominum primæ cause pertinere ut vtratur causa secundis ad suos ipsius fines, verisimum est: falso tamen & fine fundamento, singitur hunc vsum confidere in hoc, quod semper agit circa creaturam aliquid distinctum ab ipsa, & à naturali virtute eius. Potest quidem Deus interdum hoc modo augere virtutem agendi, si velit, vel suppleret quidquid creatura defuerit, tamen quod hoc semper sit necessarium: non pertinet ad dominum, vel conuenientem vsum creaturarum, sed facilius vteretur Deus creaturis suis, si intelligamus dedisse illis completas virtutes in suo genere, & conditiones omnes requiras eum quibus, si ipse concursum adiungere voluerit, facient illæ quod ipse decreuerit: quod est vt illis ad agendum.

LIX.

Qualiter
causa libera.

Quamquam hic modus vtrendi causa secunda peccitate aliquid requirat in causa libera, nam illa, potius omnibus prærequisitis ad agendum, & præparato etiam concursu Dei eo modo quo explicabimus sectione quarta, non statim operatur vnum determinate, & ideo, si Deus vti illa vult ad aliquem determinatum effectum, habet peculiarem modum, moralem potius quam Physicum, quod id facit. Interdum proprie agendo ac mouendo, vt in bonis, interdum finendo ac permittendo, vt in malis. Quod spectat ad illam infinitam Dei sapientiam, qua prænoscat quid causa libera in quacunque occasione, & cum quibusunque circumstantijs operatura sit: quod amplius exponere non est huius loci. Illud solum adierto, cum Deus concurrat cum voluntate creatuæ ad actum malum, non proprie vti voluntate ad illum actum (abst. enim, quod Deus illum aet. intendat) sed vtritur voluntate sic male agente, ad aliquod bonum, quod pertinet & ad perfectum dominium, & ad infinitam Dei bonitatem & sapientiam.

LX.

Creatura
etio qualiter
ad dominum
Dei perti-
neat.

Ex quo tandem intelligitur, non semper actionem creaturæ pertinere ad vsum positivum dominij Dei: sed partitio vtrendum esse: nam quatenus illa actio ad dominum est à Deo, pertinet proprie ad vsum dominij eius, quia ex eius potestate & libertate pendet: quatenus vero est à voluntate creatuæ, si sit bona, & conformis

voluntati Dei, erit etiam ex positivo vsum dominij eius, quatenus illam imperat, vel ad illam mouet. Si vero sit mala, erit tantum ex vsum negativo, quia nimur illam non impedit cum possit.

SECTIO III.

Quomodo comparetur concursus Dei ad actionem cause secundæ, & ad subiectum eius.



Vita in hoc titulo comprehenduntur, quæ necessaria sunt ad declarandum, exactius, quid sit hic concursus Dei, possuntque ex dictis in se. precedenti absque opinionem & argumentorum multitudine, breuiter expediti. Primum est, an concursus Dei, & creaturæ, sint vna actio, vel plures. Nam quod sint plures, indicat tum multitudinem principiorum, tum ordo naturæ, quo censetur prior Dei concursus quam creaturæ. Quod vero sit vna, videatur conuincere, tum immediatus influxus Dei actionem ipsam creaturæ, tum quod ad actionem non est actio.

Actionem cause primæ & secundæ vnam esse.

Atque hæc posterior pars est sine dubio vera: & amque expresse docet D. Thom. 1. part. quæsto. 105. articul. 5. ad secundum, vbi simul responderet ad primam rationem dubitandi à nobis positiu[m] dicens: *Vna actio non procedat à duobus agentibus (supple totalibus) vnius ordinis: sed nihil prohibet quod vna & eadem actio procedat à primo & secundo agente.* Addit: *Imo necessarium est: quia ab utroque essentialiter & immediate in suo genere pendet.* Idem habet D. Thom. 3. cont. Gent. cap. 70. & Aegid. in 2. dist. 1. qu. 2. art. 6. & ibi Capreol. quæst. 2. art. 3. ad argum. Durand. cont. 4. concl. Deniq[ue] ab hac sententia nullus qui recte sentia de diuino concursu, in re dissident, tamen intelligatur diueritas, quæ esse potest in modo explicandi, adierto de actione Dei transiuste duplum esse opinionem.

Quidam afferunt actionem Dei nunquam esse formaliter transiuntem, sed solam Dei voluntatem intrinsecam materiam trahit, non comparari ad Dei, cum vt actionem, sed vt effectum actionis eius: ita in quem loquuntur modum distinguuntur maxime 2. nos, ad actio Dei & actio creaturæ, tanquam res increata & creat. Nihilominus tamen verum est, etiam iuxta hanc sententiam, actionem creaturæ per se ipsum immediate manare non solum à causa secunda, sed etiam à virtute, vel affectione interna Dei, siue illa actio creaturæ comparatione Dei dicenda sit adiutori effectus eius, quod ad nomen pertinere potest. Vnde ad tollendam & quicunque actionem dici potest in ea opinione, concursum interdum Dei distinguunt ab actione creaturæ: concursum autem externum seu transiuntem esse idem cum actione cause secundæ, siue in illa sit per modum actionis, siue per modum primi effectus. Alia opinio & verior est, quam supra defendimus, actionem transiuntem, & manantem à Deo esse vere actionem Dei, voluntatem autem eius, potius concurrere per modum principij: atque ita tum in re, tum in modo loquendi, est evidens, & eandem esse actionem causa primæ & secundæ.

Quod ita vltius demonstro, quia si in illo effectu sunt duas actiones, vna solius Dei, & altera causa secundæ terminatæ ad vnum & eundem effectum, interrogando actione cause secundæ sit à sola illa, & non à Deo per se & immediate. Et hoc dico nullo modo

potest alias sequitur, effectum solum causæ secundæ fieri à prima, non tamē actionem ipsam: consequēs est omnino falsum, & incidens in opinionem Durandi supra tractatam. Et ideo Diuus Thomas & alij Theologi non solum docent, esse Deum causam per se immeditam in suo ordine omnium effectuum creaturarum, sed etiam omnium actionum, & ita etiam loquitur Scriptura, cum Deo tribuit omnes operationes & motus creaturarum: & Ioān. i. dicitur, *Sine ipso fālūm est nihil: actio autem creaturae ut sicaliquid est, non ergo fit sine actuali influxu Dei. Extratione patet, quia vel actio creaturæ in re non est aliiquid distinctum ab effectu eius: & sic necesse est ut ab eisdem causis manet, quia sunt idem. Vel est modus ex natura rei distinctus ab effectu. Et sic habet aliquam rationem realem, quam necesse est immediate pendere à Deo, eadem vel maiori ratione, qua ex terra entia per participationem: quia illud esse, quod habet secundum modum suum, est esse diminutum & participatum, ac proinde per se pendens à primo ente. Si vero dicatur, actionem causæ secundæ non esse à sola illa, sed simul esse per se & immediate à prima causa: ergo est una & eadem actio vtriusque causæ, quod intendimus: & superflua est alia distincta actio quæ sit à sola causa prima ad eundem effectum, quia per priorem actionem sufficieret influere in illum in suo ordine.*

V. Dicitur fortasse actionem causæ secundæ esse etiam à prima, tamen diuerso modo: nam à secunda est immediate per se ipsum: à prima vero est per aliam actionem propriam solius Dei, transeuntem etiam & extra Deum existentem: ita enim loquimur nunc. Sed hæc multiplicatio actionum impertinet est, & contra omnem rationem Philosophicam: nam ad actionem transeuntem non est alia actio, præsertim est transiens: aliqui in infinitum procedemus. Petæ enim della priori actione quæ dicuntur esse à solo Deo, an si per aliam actionem etiam transeuntem, vel per se ipsum. Si per aliam, procedemus vterius, & sic in infinitum: si per se ipsum, idem dicetur melius de prima actione, quæ sicut per se fluit à causa secunda, ita per se est fluit à prima: quia nulla est repugnantia quod per se fluit ab vera, cum sint diuersi ordinis, vt D. Tho. supra dixit. Nec maior assignari potest in hoc, quod per se ipsum procedat à prima causa, quam in eo quod procedat per aliam actionem: immo hoc posterius multo magis repugnat, nam est contra rationem actionis vt sic est terminum alterius actionis. Relinquitur ergo vt concursus Dei ad extra nihil aliud sit quam ipsum est actio causæ secundæ, vt per se & immediate fluens à prima.

Si ne actio causæ secundæ ab actione prime.

VI. Atque hinc facile expeditur aliud punctum ad hanc sectionem pertinens, scilicet an actio causæ secundæ dici possit fieri, manare, aut esse à concurrendo vel actione causæ prime, & vel conuerso actionem causæ primæ causare actionem causæ secundæ. Videntur enim omnes autores ita loqui, idque videatur pertinere ad vniuersalem influentiam causæ primæ, ita actio creaturæ est à Deo: ergo pender ex actione Dei. Denique hac ratione diuina actio est prior natura quam actio creaturæ.

Dicendum vero est cum Capreolo in 2. distinctione, quæ 2. art. 3. ad 7. Aureoli contra sextam conclusionem, actionem Dei posse sumi pro actu immateriali, seu volitione ipsius Dei, vel pro actione exteriori. Priori modo procedunt recte argumenta facta. Quo sensu non solum actio causæ secundæ, sed etiā actio transiens causæ primæ, & quando operatur cum creatura, & quando sola operatur, p. cedit, & p. cedit ab actione interna ipsius Dei. Et eodem sensu videntur su-

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

mendum quod D. Tho. ait in 3. d. 23. qu. 3. art. 1. actiones omnium secundorum agentium fundari super actionem primi agentis, quia omnes fundantur aliquo modo in diuina voluntate. Tamen iam in superiorib. diximus, hunc actum internum voluntatis Dei non habere propriam rationem actionis, quæ dicit fluxum & tendentiam ad terminum: sed habere potius rationem principij, quia vel est ipsa omnipotencia Dei, vel si ratione distinguantur, habet se ut applicans omnipotentiam Dei ad agendum.

Posteriori autem modo, exterior actio Dei & creaturæ una & eadem est, vt diximus. Et ideo secundum emrationem, non potest actio creaturæ manare, aut pendere proprie ab actione Dei, neq; è conuerso actio Dei potest proprie causare actionem creaturæ, quia idem non causat se ipsum, nec pender à se ipso. Item quia actio ut actio solum est causa sui termini & non est causa per modum viae: actio autem Dei non est via ad actionem creaturæ, sed ad effectum, neq; actio est terminus actionis. Ad vniuersalem igitur influxum primæ causæ solum spectat, vt omnis actio causæ secundæ procedat à voluntate & potentia ipsius primæ causæ, non vero quod procedat per alia actionem externam, sed potest procedere per se ipsum immediatè à voluntate seu virtute Dei. Vnde quando actio creaturæ dicatur pender ex influxu vel concursu Dei, vel sumitur concursus pro immanente & interno actu, quatenus influere in actionem externam; vel locutio non debet sumi transitiuè (vt sic dicam) nisi secundum rationem. Proprius enim dicitur actionem creaturæ esse etiam à Deo, & vt sic est ipsum concursum Dei ad actionem causæ secundæ, à qua non est aliud secundum rem, sed tantum secundum rationem vel respectum.

VIII.

Sitne cordo naturæ inter actionem causæ prime, & secundæ.

Hiunc rursus dissoluitur facile tertium punctum sepius tactum, de prioritate naturæ inter actionem Dei, & actionem creaturæ. Est enim distinguendum primo de actione interna & externa, vt loquamur cum multis, in sensu dicto. Secundo de prioritate naturæ: nam quædam est quæ consistit in propria causalitate, & dependencia unius ab alio: alia, quæ solum consistit in maiori quadam dignitate, vel vniuersalitate, independentia, aut alia proprietate simili. Comparando ergo actionem creaturæ ad internam Dei actionem, clarum est actionem Dei esse priorem natura vtroque modo, scilicet, & dignitate, & causalitate: nam hoc modo actio creaturæ verè pender ab actu Dei. In hoc autem sensu non solum actio creaturæ vt sic, sed etiam ipsum est actio Dei exterior, est posterior natura, quam interior actio Dei, nam verè causatur ab illa. Et hoc sensu ferè loquuntur autores, cum dicunt, actionem causæ primæ, esse priorem natura actione causæ secundæ secundum causalitatem, vt patet ex Capreolo supra. Neque obstat, quod actio Dei modo non solum natura, sed etiam tempore & aeternitate est prior actionem creaturæ, quia in his locutionibus non consideratur actio Dei interna secundum solam entitatem absolutam eius, sed vt connotat actualem influxum in creaturam. Quomodo dicunt multi, creationem actuam esse ex tempore, etiam si realiter si innanesc: quia actualis influxus quem connotat, est temporalis; & sub eius etiam ratione dicitur esse prior natura, etiam si simul tempore cum effectu.

At vero loquendo de actione externa tam Dei, quam creaturæ, sic non potest una dici prior natura quam alia prioritate causalitatis, quia, vt ostensum est, cum sint una & eadem actio, non potest inter eas intercedere vera causalitas. Nihilominus tamen, distinguendo secundum rationem illam actionem, vt

IX.

est à causa prima, vel ut est à secunda, dici potest per prius ac principalius esse à prima, quam à secunda: & simili modo dicetur causa prima prius natura influere in illam actionem, quam secunda. Primo, quia causa prima altior est, & nobiliori, magisque independenti modo influit in effectum. Secundo, quia causa prima respicit per se primo actionem illam sub quadam vniuersaliori ratione: nam causa prima influit in quemlibet effectum vel actionem ex eo præcisè quod aliquid entitatis participat: causa autem secunda semper influit sub aliqua posteriori, magisque determinata ratione entis. Vnde fit tertio ut influxus causæ primæ ex se & ex suo genere dicatur etiam prior subsistendi consequentia, quam inter prioritates naturæ Aristoteles posuit: nam influxus cause primæ absolute non pender à causa secunda, sed quantum est ex suo genere potest esse sine illa, non vero è conuerso. Atque ad hunc modum explicuit hanc prioritatē seu subordinationem Caïet. i. p. quæst. 14. art. 13. & insinuat Scotus in i. distinct. 39. & in 2. distinct. 37.

XI. Atque eisdem modis exponitur illa locutio lib. de Caus. proposit. i. quæ talis est, Causa prima prius agit in causatum, & vehementius ingreditur ipsum. vbi D. Tho. etiam in Commentario cande interpretatione adhibet, adiungens ex Proculo, Causam primam prius influere, quia causa secunda non agit nisi virtute eius.

In quo subiecto sit concursus causa prima.

XII. Vartum punctum huc spectans, est, an concursus causa prima recipiatur in secunda, vel in effectu eius. Quæ interrogatio solum habet locum in concursu transiente: nam immanens non recipitur in subiecto, sed est ipsa voluntio Dei subsistens. Vt ergo abrahamus ab opinionibus, formaliter respondendum est iuxta dicta, concursum Dei in eo subiecto esse, in quo est actio cause secunda. Pater, quia in re non distinguuntur: ergo nec subiecto distingui possunt. Quocirca si omnis actio cause secunda est in ipsa, vt quidam volunt, in eadem erit concursus causa primæ, & per illam transiet ad effectum vel ad Pulsionem seu fieri effectus, eo modo, quo (iuxta illam sententiam) agens media actione quam in se recipit, influit pulsionem in aliud. luxa veriorum autem doctrinam, quæ docet actionem transiuentem esse in passo, & in agente immanente, dicendum est, concursum Dei in actionem transiuentem non esse aliquid in causa secunda receptum, sed in passo: concursum vero ad actionem immanente recipi in ipso agente, quatenus in eo recipitur actio eius. Et utraque pars constat satis ex dictis, neq; nouam continet difficultatem.

SECTIO IV.

Quomodo Deus præbeat concursum suum causis secundis.

I. Eclarauimus hactenus an sit, & quid sit concursus Dei cum causis secundis, nunc supereft, vt exponamus quo modo Deus tribuat vel offerat huc concursum causis secundis. Simulq; declarabitur quomodo causa prima & secunda conueniant & coniungantur ad eundem effectum & eandem actionem efficiendam. Neque est difficultas in coniunctione quasi locali seu per indistinctiam aut presentiam entitatum: sic enim facile intelligitur Deus ratione sua immanens coniungi posse omnibus causis secundis ad operandum cum illis, quia est in time præfens per efficiem in omnibus illis, & in omnibus effectibus, & actionibus earum.

Questionis difficultas aperitur.

SEd difficultas est de coniunctione ad causandum vnum & eundem effectum, eandemque actionem: nam quando duæ causæ conueniunt ad eandem actionem efficiendam, vel causæ & contingenter concurrunt, vel ex instituto ac per se. Prior autem ex his modis non potest attribui concursui causa prima cum secunda, tum quia hoc repugnat perfectioni diuinæ prouidentiæ & operationis, tum etiam quia illas non esset subordinatio per se in causa secunda ad primam, vel omnis operatio causa secunda causa & per accidens evenire. Posterior item modus habet difficultatem, quia si duæ causæ ex instituto conueniunt ad eandem operationem, vel id est, quia ambæ subordinantur alicui superiori, quæ illas simul applicat; quod hic locum non habet, vt per se cōtā. Vel quia ambæ sunt natura sua determinatae ad operandum hic & nunc, quod hic etiam die in potest, quia nec causa secunda, saltem ad individuum effectum, vel actionem. Vel quia vna ex peculiari intentione sua determinat effectum & actionem efficiendam, & consequenter determinat etiam aliam causam ad cooperandum eidem actioni. Ethimodus non videatur posse hic habere locum, quia nec causa secunda potest ita determinare primam, ut per se notum videtur, neque è conuerso potest ille modus agendi tribui causæ primæ respectu secunda: tū quia illas causa prima moueret & applicaret secundam ad agendum, quod negauimus: tum etiam quia illas determinatio actionis nullo modo esset à causa secunda, quod omnes negant: tum deniq; quia illas causa secunda nihil aliud agere posset, nū id quod agit, quia ad nihil aliud habet concursum Dei, sine quo nihil agere potest.

Resolutur quæstio quoad causas naturales.

Hæc difficultas respectu causarum secundarum naturaliter agentium facilissime expediti potest aduertendo, absolute & simpliciter loquendo Dei voluntate sua prætere hunc concursum causis secundis: nam agit ut intellectus causa, quæ a nullo potest absolute cogi, aut necessitari ad agendum: nihilominus tamen secundum quid dici, concurre ad modum naturæ. Idque duplice ratione, primo, quia in concurriendo sese accommodat naturis rerum, & vnicuique præbet concursum virtuti eius accommodatum: secundo, quia postquam decreuit causas secundas efficiere & conferuare, infallibili lege cum eius concurrit ad eam operationem, quæ lex i absolute sumatur, nullam supponendo particularem & definitam Dei voluntatem, non inducit necessitatem, sed solum est quasi debitum quoddam connaturalitatis. Vnde interdum Deus dispensat in ea lege negando huiusmodi concursum. At vero supposita efficacia voluntate Dei concurriendi cum hac causa ad hanc actionem hic & nunc, iam ex necessitate prædit actio tali tempore & loco, tamen a causa secunda, quam à prima: sed respectu secunda est necessitas naturalis: respectu autem primæ est tantum necessitas ex suppositione sive immutabilitatis.

Hoc ergo supposito, facile explicatur modus, quo prima causa præbet concursum suum his causis secundis: nam Deus ex æternitate sua, sicut decretus has res producere & non alias, & hoc tempore, & cum hoc ordine, & cum his motibus &c. & non alio modo; ita etiam decreuit cum eisdem rebus concurrire ad earum actiones iuxta capacitatem earum. Et quia sicut scientia Dei est distinctissima & in particulari de omnibus, ita & voluntas distincte & in particulari omnia decernit, & ad singula descendit iuxta uniuscunq;

usciusq; capacitatem, & indigentiam, ideo in præbendo hoc concursu ex æternitate eriam decreuit in particuli concurrere cum hac causa tali tempore, tali loco, & circa tale subiectum, ad talem actionem & effectum in individuo, & in tali tempore ad aliā, & sic de omnibus. Dico autem semper ad talem actionem, quia non satis esset determinatio ad unum numero effectum, eo quod posset idem effectus fieri per diuersas numero actiones, vel fortasse etiam specie: determinando autem actionem, consequens est, ut necessario determinetur effectus, quia non potest eadem actione numero tendere ad alium terminum, nūl ad illum, cum quo identificatur.

Atque hinc sit primo, causam primam & secundam conuenire non causū, sed per se & ex instituto ad eandem actionem efficiendam, quod maxime prouenit ex modo operandi primæ causæ, seu ex scientia eius & prouidentia. Neque ad hoc est necessaria alia motione cause secundæ, sed sola hæc voluntas Dei quasi preparantis & offerentis concursum iuxta leges suæ diuinæ sapientiæ & prouidentiæ. Addendum est tamen, hæc determinationem concursus quantum ad duo, habere fundamētum in natura causæ secundæ. Primo etenim, quia est talis virtutis, ideo decreuit Deus dare illi concursum talis speciei, & quoad hoc, ut supra notauit, dicitur determinare concursum Dei quod specificam rationem, nō quia absolute determinet voluntatē Dei ad dandum talem concursum in specie: sic enim solus Deus se voluntarie determinat, sed quia est obiectu ratio postulans talem concursum. Secundo ad eundem modum, quia talis causa est naturaliter agens, ideo etiam Deus absolute & definitè vult cum illa concurrere. Et quoad hoc dici potest eadem sensu causa secunda determinare concursum primæ quoad exercitum, quia natura sua hic & nunc determinat postulat exercitum talis actionis. At vero determinatio quoad hanc individuam actionem, & effectum non videtur posse fundari vlo modo in causa secunda, nam eadem numero hic & nunc in hoc subiecto potens est ad plures effectus numero distinctos producendos, nec magis postulat concursum ad unum, quam ad alium: & ideo determinatio concursus, & actionis quoad hæc partem, solum primæ causa tribuitur, ut probabiliter docuit Gregor. in i. distinct. 17. quæst. 4. art. 2. ad 7. Et suprà dictum est.

Secundo sequitur ex dictis has causas naturaliter agentes in eo in flante vel tempore quo agunt, simpliciter & pensatis omnibus, nihil facere posse nisi illam rem in specie & in individuo, quam faciunt. Et de specie quidem est res clara, quia habent virtutem determinatam ad talem effectum in specie: determinatam (inquit) vel simpliciter, ut in causis particularibus & vniuersitatis, vel saltem hic & nunc circa hanc materiam sic dispositam, vel cum aliis causis simul concurrentibus. De individuo vero id probatur ratione superioris facta, quia licet naturale agens habeat potentiam actuam plurimum effectuum in individuo, tamen illa potentia per se sola est insufficiens sine concursu Dei: & ideo, si illum nō habet, non constitueret in potentia proxima, sed remota ad agendum: sicut ignis priuatus concursus Dei, non diceretur simpliciter potens, imo absolute dicitur impotens ad huc calefaciendum. Sic igitur, quia huiusmodi causæ tantum habent paratum concursum Dei ad unum numero effectum, solum illum possunt absolute facere potentia nimis proxima: quia includit, non tantum nudam facultatem agendi, sed etiam omnia prærequisita ad operandum.

Dices concursus est ipsa actio, actio autem non requiritur ad posse, sed ad agere, ergo concursus non requiritur ad posse. Respondeo, aliud esse loqui de concursu ipso in se & in actu secundo, de quo procedit obiectio, & quantu ad id recte cōcludit; aliud vero esse loqui de concursu in actu primo, & in proxima

applicatione: quo modo dicimus requiri ad posse simpliciter: qui concursus non constitit in actione, sed in diuina virtute seu voluntate, ut proxime applicata, & quasi coniuncta in tali tempore cum causa secunda ex vi sui æterni decreti ad concurrendum cum illa, quam ali j̄ etiam vocant præparationem seu oblationem concursus.

Tertio infertur obiter ex dictis, concursum Dei non esse unum & eundem cum omnibus causis secundis, sed variari iuxta diuersitatem causarum secundarum: quia Deus ita cum illis concurrit, ut se plexus pro causis accommodet vniuersitatem iuxta eius indigentiam. Et ideo sicut ad effectus numero diuersos tribuit concursus numero distinctos, ita ad actiones specie diuersas, concursus tribuit specie distinctos. Et confirmatur aperte ex supra dictis, nam concursus Dei ad extra non est aliud, quam ipsa actio, & ad eundem intrinsecum terminum tendit: ergo pro varietate actionum erit etiam varius concursus. Non potest ergo vere dici esse eundem concursum Dei ad omnes actiones causarum secundarum, nisi sit fermio, vel de concursu interno seu voluntate quia Deus concurrit, vel de identitate solum proportionali, quoad modum & generalem rationem ob quam omnes causæ secundæ indigent concursu, scilicet, quia sunt entia & agentia per participationem.

Imo hinc etiam licet obiter inferre, aliter Deum influere respectu eiusdem effectus, si se solo illum efficiat, aliter cum causa secunda: quia cum se solo agit, adhibet influxum per se sufficientem ad effectum: cum vero concurrit cum causa secunda, accommodat talem actionem, quæ per se sola non sufficeret sine causa secunda: quod est manifestum ex dictis, quia non vult agere nisi ea actione quæ sit communis causæ secundæ. Quamvis autem ille idem effectus possit esse à solo Deo, & ideo influxus Dei ad talem effectum absolute & secundum se possit esse sine causa secunda, tamen talis actio, quæ est à causa secunda, non potest esse sine illa, & ideo neque concursus quem Deus præbat ad talem actionem, est solus absolute sufficiens ad effectum, sed tantum in suo genere. Cuius oppositum videtur opinari Cordub. q. 55. dub. 4: tamen, si acerte legatur, in re non discrepat. Satis ergo ex his constat, quomodo Deus præbeat concursum suum naturalibus agentibus.

Tractatur & explicatur difficultas in agentibus liberis.

Habent autem quæ diximus, suminam difficultatem in agentibus liberis: quia si prima causa eodem modo determinat illis concursum, quo ceteris agentibus, non magis erunt indifferentiæ in usu suarum actionum in particuli, & in potestate proxima, quæ includit omnia prærequisita ad operandum quam cetera agentia, & ita nūquam habebunt usum & exercitum libertatis. Antecedens declaratur quoad utramque partem, nam Deus ut causa prima per voluntatem suam coniungitur cause secundæ ad cooperandum illi, quæ voluntas est æterna, & præueniens causam secundam: est autem absolute & efficax, nempe qua Deus vult talem effectum esse, quia Deus per solam hanc voluntatem ad extra operatur: sed hæc voluntas secum trahit ad operandum causam secundam, ita ut nō possit illi resistere: ergo ex hac parte determinatur ad unum quoad exercitum à causa prima, causa secunda, etiam libera sit. Et confirmatur hoc, nam ut duæ cause libere per se ac certa lege concurrent ad unum opus, non satis est unius propositū & voluntas præueniens, nisi efficaciam habeat in alteram trahendam illam quo vult: ergo si in praesenti concursu solum præredit voluntas Dei, qua efficaciter vult concurrere cum causa secunda ad talem effectum, ut effectus per se sequatur, necesse est voluntatem illam

Iam Dei habere efficacitatem in causam secundam liberam, ut illam secum trahat ad operandum: & ita tollitur indifferentia in exercitio actionis. Rursum, cum Deus per illam voluntatem definit concursum dandum, ad vnam tantum rem illum definit, quia non vult plures effectus, sed vnum tantum: ergo ex hac parte tollitur etiam indifferentia quoad specificationem seu varietatem actionum. Et confirmatur nam dictum est, primam causam definire concursum ad individuum & singularem effectum; quae necessitas etiam habet locum respectu causa secunda libera, quia non potest ipsa eligere vnum individuum auctum pro aliis eiusdem specie.

XI.
Varia Do-
ctorum sen-
tencia.

In hac difficultate explicada multa scribunt Scholastici Doctores. Et quidam eorum admittere plane videntur totum id quod in difficultate tacta supponitur de modo quo Deus per voluntatem suam praebet hunc concursum causis secundis. Quod maximè videretur sentire Scotus in 1. dist. 39. §. Viso de contingentia, & dist. 41. §. Primum istorum. & §. Sed contra & dist. 47. in fine, & quodlib. 14. liter. S. & sequitur Scotista, praesertim Bassol. in 1. dist. 38. art. 2. & dist. 39. art. 2. & Maironis dist. 38. quæst. 1. art. 4. & quæst. 3. Richard. etiam d. 38. art. 1. quæst. 5. idem supponere videtur, dum ait, Deum in sua voluntate sufficienter cognoscere omnia futura. Quod etiam asseruit ibi Durand. quæst. 5. etiam si aliis non requirat concursum Dei ad actiones causarum secundarum. Multique Thomistæ moderni hanc opinionem sequuntur, & Diuino Thomæ attribuunt. Sed apud eum nulla eius mentio fit in tota doctrina sua; neque aliquid afferre possunt præter ea quæ secat. 2. tractauimus & exposuimus: & quæ de motione humanæ voluntatis à Deo tractat idem D. Tho. 1. par. qu. 82. ar. 2. qu. 104. art. 3. & 4. & qu. 105. art. 4. & 1. 2. qu. 9. & 10. praesertim. art. 4. ad 3. & qu. 109. in primis articulis, praesertim a. 6. ad 3. Sed in his omnibus locis nunquam explicuit illum modum dandi generalem concursum, sed ad summum vocat illum motionem voluntatis humanæ, & sive non loquitur de illo, sed de aliis modis quibus Deus potest moraliter mouere voluntatem, praesertim per auxilia gratia, quæ ad praesens non spectant.

XII.
Qualis est
satisfacient
prædicti au-
thores diffi-
cultati pro-
posita.

Supponita autem hac sententia, duobus modis respondunt autores eius ad propositam difficultatem. Prior est, illam voluntatem Dei, qua determinat concursum ad actionem causæ secundæ, esse ex libertate eiusdem voluntatis, & ideo non impedit, sed conseruare similem libertatem in causa secunda, si aliqui illam habeat. Hęc responso habet fundatum in doctrina Scotti, qui, ut supra vidimus, ob hanc causam afferuit, si Deus ageret ex necessitate naturæ, ablatur concursus seu motione, qua mouet causam secundam, libertatem eius, nunc autem non auferre, quia libere agit. Veruntamen hęc responso non satisfacit; libertas enim Dei conferre potest, ut tribuat concursum accommodatum causa secundæ, & libertati eius. Si autem concursus vel motio talis est, ut si à Deo tribueretur ex necessitate naturæ, necessitaret voluntatem cretam, etiam si libere à Deo detur, necessitabit illam, ut supra probauimus, quia si motio est eadem, eundem effectum habet in causa secunda: respectus autem liber ad causam primam facit, ut actione sit libera causa prima, non vero causa secunda. Sic igitur in praesenti paruus refert, quod Deus libere praebat concursum modo supra explicato, nā inde solum habetur actionem esse liberā Deo, non vero ipsi causa secunda, quia difficultas proposita videtur ostendere illum modum concurrendi tollere indifferentiam eius. Et confirmatur, nam Deus potest necessitatem inferre voluntati creatæ, & nihilominus libere eam inferet: & tunc actione erit libera Deo, voluntati autem creatæ necessaria: ergo respectu libertatis ad causam primam non satis est, ut actione sit libera causa secunda, nisi modus mouendi illam &

concurrendi cū illa talis sit, ut sic accommodatus ad conseruandum vsum libertatis eius: ergo ex sollicitate diuina, nō satis solvit prædicta difficultas.

Alia responso est, Deum, licet agentibus naturalibus & liberis definitum concursum tribuat persimilam voluntatem, tamen diuerso modo tribueret, agentibus necessariis vult dare concursum, quo nō celstario agat, liberis quo libere agat: & ita non solum vult Deus actionem, sed etiam modum actionis: & quia ad utrumque est efficax diuina voluntas ideo utrumque simul præstat. Et propterea de diuina prouidentia dicitur, quod attingit à fine ad finem fortiter: & disponit omnia suauiter. Quæ responso habet fundamentum in D. Thom. 1. p. quæst. 19. art. 8. ad 2. & alii locis, vbi docet ad efficaciam diuina voluntatis pertinere, ut quod vult, fiat, & eo modo quo vult. Quæ doctrina ita generatim sumpta, certissima est, tamen etiam est certum, cum Deus vult aliquid fieri certo quodam modo, pertinere ad sapientiam & efficaciam eius, applicare causas accommodatas ad illum modum operandi: repugnat enim sibi ipsi si vult aliquid fieri tali modo, & alioquin impedit vel tolleret causas ad illum operandi modum. Hoc ergo est, quod in præsenti inquirimus, quomodo cum Deus velit causam secundam libere & cum indifferentia agere, possit illi concursum suum definire, quia in hoc inuoluntur repugnantia. Unde non satis est dicere, ad efficacitatem & suauitatem diuina prouidentia illa duo coniungere; sed vel explicare oportet quo modo in illis non sit repugnantia, quod per eam responsonem non sit, vel quare responsonus alicuius modus, quo efficaciter & suauiter possit Deus mouere creaturam, ut faciat, & libere faciat.

Propter difficultatem ergo propositam censio cū aliis multis Theologis taliter esse explicandum modum, quo Deus suum concursum præbet, vel efficit causis liberis. Qui modus in duobus differt ab illo, quem in agentibus naturalibus explicimus. Primo in determinatione quoad exercitium, quia nimirum Deus ex vi illius voluntatis, qua statuit præbere concursum causæ liberæ, non omnino absolute statuit, ut causa libera illum actum exercet, neque impliciter vult illum actum esse, sed quā subintesta conditione vult illum actum esse, quantum est ex parte sui concursus, quem præbere statuit; ad illum ex vi talis voluntatis applicat potest etiam tamen causa secunda seu voluntas creatæ, ad illum etiam se determinet, & in illum influat: semper enim potest non influere pro sua libertate.

Fundaturque hęc differentia, primo ita diuersi modis operandi connaturalibus his agentibus. Agentia enim naturalia, natura sua sunt determinata ad exercitium suarū actionū: & ideo, ut supra dicebam, prima causa se illis accommodans, absolute deinit illis concursum: agentia autem libera non sunt ita determinata natura sua ad exercitium suarū actionū: cum ergo Deus vnicuique de concursum modo accommodato natura eius, his etiam agentibus offerat concursum sine omnimoda determinatione ad exercitium.

Secundo hoc videtur conuincere ratio facta: nam si Deus offerret concursum absoluta & efficacivolum, tate physice determinativa & effectiva talis actionis, necessaria secum trahere causam secundam, quia necessitas est esse absoluta respectu talis causæ, qualiter est ex aliqua suppositione, illa tamen est esse minimo antecedens, & ita efficax, ut inferior causa nullo modo posset ei resistere.

Tertio, quia licet actualis concursus nō sit ex prærequisitis ad agendum, sed inclusus in actione, tamen concursus in actu primo, seu (quod id est) habere ita oblatum & preparatum concursum, ut sit in potestate hominis habere illum si velit, est vnu ex necessariis prærequisitis ad agendum, ut supra probauimus. Quia re vera non intelligitur alia ratione, quomodo

fit in proxima potestate hominis, inchoare suam actionem. Ergo debet hic concursus ita offerri, & per talen voluntatem cause primæ, ut eo sic posito, adhuc fit in potestate cause secundæ libere cum eo operari, vel non operari; quia aliæ non salvatur hæc indifferentia cum omnibus prærequisitis ad agendum; quod est de ratione liberæ actionis. Ergo necessitate est ut intelligatur offerri per voluntatem includentem cognitionem, prout à nobis declarata est. Nisi esset omnino absoluta, non posset illa oblatio concursus non transire ad exercitium seu actum secundum.

Quarto hoc est maximè necessarium propter actus malos voluntatis creatæ. Dic enim non potest, Deum ex se, absoluta voluntate sua, statuere ut hæc actus omnino fiat à causa secundæ: alias non tantum illos permitteret, sed etiam velleret: quod alienum est à fâna doctrina. Præterea, quia alioqui prima radix & origo mali nostræ voluntatis in Deum reducuntur, nam cum voluntas Dei simpliciter sit prior, illa semper determinabit voluntatem creatam ut velit: semper voluntas creata vult, quia Deus vult illam velit: ergo etiæ cum vult malum, ideo vult, quia Deus vult eam velle. Prima ergo radix omnis malæ voluntatis in diuinam refunderetur, quod impium est.

Nec satis facit qui responderit hæc omnia esse vera, & admittenda de voluntate malapro materiali, nō vero pro formalis, id est, quatenus mala est. Nam in præsenti vnum ex altero sequitur: quia actus liber voluntatis creatæ circa hoc obiectu, & cù his circumstantiis haberi non potest, quin habeat concomitantem malitiam; qui ergo vult voluntate absoluta, illum actum elici ex voluntate creatæ circa hoc obiectum, & cum his circumstantiis: & præsertim si ita vult, ut secum trahat voluntatem creatæ ad illum ait exercendū, plane vult moraliter, seu virtualiter malitiam necessario coniunctam illi actui, & est radix & causa eius. Secus vero illi si Deus offerat concursum per voluntatem illum includentem conditioñem, ut à nobis explicata est: nam tunc simpliciter non vult actum malum, nec determinat aut trahit voluntatem creatam ad exercitium eius, sed solum offerit illi concursum, quo influit in actum voluntatis creatæ, dum ipsa elicit illum. Et hæc est potissima differentia, ob quam Deus iuste vult permittere actum peccati, vt est à voluntate creata, quem tamen vult velle non potest, ut latius explicant Theologi statim citandi.

Quinam rationem adhibere possumus, quia Deus potest necessitare voluntatem creatam, etiam cum ab obiectu, intellectu, aut aliqua intrinseca dispositione necessitatem non patetur, vt in superioribus viis est: non apparet autem modus quo possit efficiacius Deus inferre necessitatem quoad exercitium voluntatis creatæ, quam absoluta voluntate sua efficiat, & operativa ad extra trahendo creatam voluntatem, vt id velit, quod ipse vult eam velle. Ergo è conuero, cum Deus vult ita concurrere cum voluntate creatæ, ut illum ad exercitium non necessitatet, nō dat concursum per voluntatem ita absolutam, & efficacem: ergo præber per voluntatem accommodatam libertati humanae voluntatis, atque adeo includentem ex parte illius virtualem conditionem, quam explicimus. Vtque in hunc modum explicarunt fere omnes antiqui Theologi modum concurrendi Dei cum causa libera, quos statim referam, declarata prius secunda differentia supra proposita.

Est ergo aliud discrimen inter modum, quo diuina voluntas offert concursum naturalibus, & liberis agentibus, quia illis solum ad vnum actum præbet concursum: his autem ad plures actus offert sufficienþ concursum, quantum est de se, quod recte probatur difficultas superius polita. Et præterea probari potest, applicando cum proportione fere omnes ra-

tiones factas in præcedenti. Primo, quia Deus præbet vnicuique cause secundæ concursum modo accommodato naturæ eius: Sed hæc est natura cause liberæ, vt possit ceteris omnibus conditionibus prærequisitis sit indifferens ad plures actus: ergo debet etiam recipere in actu primo concursum modo indifferente: ergo debet quantum est ex parte Dei illi offerri concursum non tantum ad vnum actum, sed ad plures. Secundo, quia aliæ voluntas creata nuncquam est proximè potens ad plures actus efficiendos; ergo nuncquam est libera quoad specificationem actus. Patet secunda consequentia ex dictis supra de causa libera. Prima vero sequela patet, quia non est causa secunda proximè potens ad aliquem effectum, nisi habeat paratum concursum primæ cause ad illum. Et ideo paulo antea dicebamus, naturalem causam semper esse proximè potentem ad vnum tantum singularem effectum, quia ad illum solum habet præparatum Dei concursum.

Tertio est evidens argumentum, quia voluntas creata nihil potest velle fine Dei concursum: ergo nisi aliquo modo habeat in sua potestate Dei concursum ad plures actus, nuncquam potest simpliciter & proximè elicere quilibet illorum actuum: nuncquam autem potest habere Dei concursum in manu & potestate sua, nisi prius & antecedenter habeat illum oblatum, quantum est ex voluntate Dei, quia non datur, nec dari potest nisi per Dei voluntatem. Neque etiam voluntas creata, potest quâli præuenire voluntatem diuinam, vel aliquid efficere quo illum trahat ad dandum generalem concursum, quia nihil potest voluntas creata efficere sine ipso concurso. Voluntas ergo dâdi concursum, semper debet antecedere, nec respectu illius, saltem in prima volitione, potest voluntas creata aliquo modo præuenire diuinam. Si ergo illa voluntas diuina deinuit ad vnum tantum actum, seu concursum eius, voluntas creata illum solum efficere potest potentia proxima, neque habet concursum ad alium in potestate sua, & consequenter idem est de ceteris, quæ vel ad illum consequuntur, vel per se sunt eodem genere concursum.

Quarto hic etiam applicatur efficacissima ratio sumpta ex actibus malis: nam incredibile est Deum velle concurrere cum voluntate hominis hic & nunc ad actum malum, & ad illum bonum, etiam quantu est de se. Neque enim id refundi potest in voluntate ipsius peccatoris, quia voluntas concurrendi Dei omnino antecedet voluntatem peccatoris, & omnem vsum liberum eius. Considero enim hominem actu cogitatem de obiecto prauo cum omnibus circumstantiis prærequisitis, ut voluntas possit ei assentiri, vel dissentiri: neutrum autem potest facere per positionem actum sine concurso Dei, & antequâ alterum faciat, non potest ei imputari, quod Deus hoc vel illud velit circa concursum illi dandum: ergo si Deus proposuerit concurrere cum illo ad concursum malum, & non ad alium actum, hoc est ex sola voluntate Dei, nec voluntati hominis potest imputari: quâli vero hoc si alienum à diuina bonitate, omnibus considerandum refinquo.

Hinc graues Theologi in hunc modum declarant concursum Dei cù causa libera, tūc maximè cum de concurso ad actum peccati loquuntur. Et sumi potest ex D. Thoma in distinctione 47. q. 1. artic. 2. vbi ^{Authoris} ^{qui premis} ^{um modum} ^{amplectuntur.} ait, aliquid fieri præter voluntatem Dei beneplaciti consequentem, quâlius nihil fieri contraeam, quod dicit propter actum malum: dicitur autem voluntas consequens Dei, voluntas absoluta & efficax. Et ideo 1. 2. quælt. 89. artic. 1. ad 3. dicit, voluntatè Dei esse principium vniuersale interioris motus humani: determinationem autem ad talen actum malum directe esse ex voluntate humana. Ac si diceret, Deum ex se offere concursum indifferente, determinari autem quasi materialiter ex cooperatione voluntatis liberae. Et generaliter talem significat esse motionem vel

concursum Dei cum causa libera 1.2 quæst. 9. artic. 6. ad 3. & q. 10. artic. 4. & 3. contra Gent. cap. 73. & 90. & quæst. 3. de pot. em. artic. 7. ad 13. & quæst. 5. de verit. artic. 5. ad 1. Idem sentit Capreolus locis supra citatis fact. 2. & præsentim in 2. distinct. 28. quæst. 1. articul. 3. ad 12. contr. a 2. condit. 1. Conradus expresse a late 1.2. quæst. 79. artic. 8. & 1. de Natur. & grat. ca. 16. qui expresse usus quam ceteri Thomistæ & generallius, ait Deum non concurrens cum voluntate libera per voluntatem beneplaciti, cui non potest resisti, sed voluntate alia, cui resisti potest: verba eius sunt: *Quidquid Deus vult voluntate absoluta, & que dicitur beneplaciti, sit iuxta illud, voluntate eius que resistet: quando autem cum libero homine concurrit, non vult illud fieri nisi salua humana natura, & libera voluntate, que idcirco resistere Deo potest.*

XXV. Scotus etiam licet locis supra citatis aliter sentire videatur, tamen in 2. distinct. 37. *Ad solutionem istorum*, vt declarat concursum ad actum peccati, dicit, *Causam secundam habere in potestate sua concursare & non causare prime: & si non causatur, vt tenetur, inde fieri vt non sit rectitudo in effectu communis ambabus.* Vnde Lychetus expresse ita declarat diuinum concursum, & voluntatem Dei, per quam datur, & significat etiam Maironis in 2. dist. 43. quæst. 4. Vnde Vega lib. 6. in Trident. capit. 7. ob hanc causam dicit, concursum Dei generalem esse immediate in potestate nostra, etiam quando non operamur: idque existimat esse necessarium ad nostram libertatem. Idem tenet Corduba quæst. 55. dubio 8. & 10. quamvis de ordine naturæ inter causalitatem primæ & secundæ causæ minus proprie loquatur.

XXVI. Alij etiam authores fere omnes ita declarant diuinum concursum, præsentim Gregor. in 2. dist. 28. quæst. 1. articul. 3. ad 12. Gabriel. in 2. dist. 1. quæst. 2. articul. 2. conclus. 4. & articul. 3. dubio 1. & d. 87. articul. 3. dubio 2. Marfil. in 1. quæst. 4. articul. 2. part. 1. conclus. 4. in fine. Adamus in 3. dist. 14. quæst. 3. dubio 2. Almain. tractat. 1. Moral. cap. 1. Fauet etiam plurimum Alex. Alens. 1. p. q. 24. memb. 5. & quæst. 2. memb. 4. articul. 3. & quæst. 40. memb. 4. ad 3. Bonavent. in 2. dist. 37. articul. 1. quæst. 1. vt ultimum & alij plures, quos breuitatis causa omittit.

Objectiones contra superiorum doctrinam.

XXVII. **Q**uæ autem contra hunc modum explicandi diuinum concursum cum causis liberis objici possunt, soluentur facile ex his, quæ in superioribus tractata sunt. Primum esse potest, quia sequitur actum liberum fieri ab ipso absoluta & efficacia Dei voluntate, quod videtur repugnans: cum omnes res pendant ex hac voluntate Dei. Secundum, quia sequitur actum liberum quasi per accidens, vel contingenter fieri, respectu Dei, quia Deus ex se non prescribit quid ex suo concursu eveturum sit, & quasi in incertum tendit in id, quod voluntas creata fecerit. Tertium hinc videtur sequi Deum applicare suum concursum ad hos actus tantum generali & confuso modo, scilicet, ad id, quod voluntas creata efficerit: hanc autem videtur esse magna imperfictio. Quartum sequitur, non habere Deum perfectam prouidentiam in particulari de his actibus liberis: quandoquidem non disponit de illis in particulari vel iunt, vel non sunt, sed solum in confuso, relinquens determinationem in particulari causa secundæ. Vnde vterius sit quinto, vt determinatio talis actus, tam quoad exercitium, quam quoad specificationem oratione tribuenda sit causa secundæ. Sexto, videtur hoc repugnare cum ijs quæ supra diximus, determinationem effectus in individuo peculiari modo procedere ex præfinitione primæ causæ: hoc enim non minus necessarium est in actibus liberis, quam in alijs, qui cum voluntas amat, non est in eius potestate eligere hunc actum amoris in individuo potius

quam alium quem facere posset. Septimus, quia sequitur ex dictis polita voluntate Dei concurrendi cum voluntate creata ad actum eius, accidere posse ut actus non sequatur, etiam si ex parte voluntatis virtus sufficiens & omnia alia requirita: eademque ratione fieri ut Deus & diuina voluntas ex parte sua eodem modo se habeat ad hominem cum quo non concurrendit, & ad eum cum quo concurreit, quod est absurdum, cum aliquid operetur in uno quod non operatur in alio.

Octavo, potest directe ostendii illum modum non esse necessarium; nam Deus in sua eternitate praesit quid voluntas creata voluntaria sit in quacunque occasione circa quodvis obiectum, & cum quibusunque circumstantiis: ergo potest Deus absoluta voluntate esse dare concursum ad illum solum actum, quem praevideat operaturam. Neque oportet ut ad alios actus, quos certe scit nunquam futuros, concursum offerat. Et eadem ratione necesse non est ut aliam conditionem tacite vel expresse apponat illi voluntati, quandoquidem iam praevideat conditionem illam, quæ ibi interuenire posset, futuram esse, omnium quod voluntas creata cooperetur. Et ob eadem causam per hunc modum concursus non collitur in differentiatione libertatis, quia illa voluntas Dei ponitur cum aliquo respectu ad futuram cooperationem voluntatis, & Deus paratus esset ad dandum alium concursum, si voluntas aliud esset operatura.

Objectionibus satius.

Ad primum responderetur, aliud esse actum liberum fieri sine absoluta Dei voluntate, quia videtur, ut talis actus sit; aliud vero quod Deus non concurrendit ad talem actum ex illa absoluta voluntate, ex nostra ergo sententia solum sequitur hoc posterius, quod nos admittimus tanquam verissimum, quia Deus concurrendit, sufficit voluntas concurrendi, quia quantum ad id, quod se teneret parte Dei, est alia & efficax, quia ex vi illius, Deus applicat suam potentiam ad concurrendum, & re ipsa in tempore concurrendi iuxta propositum eiusdem voluntatis. Tamen quia in obiecto illius voluntatis, ut ex ipso verbo *concurrenti* constat, comprehenditur concomitancia vel cooperatio alterius, ideo ex parte alterius subintelligitur conditio, sine qua illa Dei voluntas non habebit effectum ad extra, & ideo ex hac parte dici potest coditionata. Cum enim actio transiens qua Deus concurrendit cum voluntate creata, pendentum à voluntate diuina, tum à creata, ut Deus ad illam concurrendat, non est necesse, ut ad voluntatem actionem, quatenus est ab ipso, finendo aut conceundo alteri voluntati, ut etiam ipsa influat, & consequenter subintelligendo conditionem cooperacionis alterius voluntatis. Sic enim se gerit Deus circa malas voluntates. Propter quod dixit Augustinus 5. de Civit. capit. 8. 9. & sive alias, à Deo esse omnes potestates, non tamen omnes voluntates. Et Conc. Trident. sess. 6. can. 6. propter eandem causam definit: *Deum operari hos actus permisive solum.* Atque hinc aperte colligimus, ex vi generalis concursus & subordinationis necessaria inter causam primam & secundam, dictam voluntatem concurrenti expatit Dei sufficere, quidquid sit, an circa actus bonos ob speciales rationes habeat Deus alium modum abloca voluntatis.

Vnde altera proppositio, scilicet, actum liberum fieri sine absoluta Dei voluntate, non sequitur ex nostra sententia, quia, quamvis illa voluntas non sit necessaria ad concursum, potest Deus alia ratione illam habere. Et in bonis quidem actibus habet illam Deus, siue illa sit præcedens scientiam per modum præfinitionis, siue subsequens per modum approbationis, hoc enim ad præfensionem spectat. Cir-

ca malos autem actus non habet Deus illam voluntatem absolutam, quia Deus non vult simpliciter & abolute hæc mala fieri, neque in eis, quæ futura præuidet, complacet simpliciter: repugnat enim bonitati eius: quamvis etiam non velit absolute hos actus non fieri, sed velit eos permittere, vt recte dixit Diuus Thomas 1. parte, quæstione decimanona, articulo nono ad tertium. Et postquam præuidet eis futura, complacet in eis, quatenus ab ipso sunt, quod solum est complacere de concursu, quem ad caput.

Ad secundum respondeatur negando sequelam, quia Deus ex certa scientia & voluntate sua concursus cum voluntate creata ad quælibet actum eius: & ideo non casu aut contingenter cum voluntate creata concurrit, sed ex sapientissima prouidentia. Et quamvis non semper absolute voluntate præficit, quid voluntas creata operatura sit, non tamen propterea tendit in incertum, quia vel præfinit, vel latenter permittit quidquid talis causa secunda actus est: & videt etiam clarissime & certissime quid sit aeterna; & ad illud sua voluntate concurrit.

Vnde etiam so uitum tertium inconveniens, negando sequelam. Non enim confuse, sed distinete & in particuliari applicat Deus voluntarie concursum suum ad hunc vel illum actum: semper tamen sub intellectu conditione liberæ cooperationis ipsius voluntatis creata. Hæc enim conditio non minus habet locum in voluntate concurrendi distinete & in particuliari ad talem vel talem actum, quam in confusa voluntate concurrendi, quam necesse non est Deus tribuere, niti quatenus in voluntate concurrendi in particuliari ad hunc vel illum actum includatur.

Quare minime etiam sequitur, quod quarto loco interficiatur de imperfectione aut confusione (vt sic dicam) diuinæ prouidentiæ: de omnibus enim in particuliari prouidet Deus, sed non de omnibus eodem modo. Vnde de actibus bonis qui futuri sunt simpliciter & absolute disponit vt fint: de malis autem, quamvis etiam in particuliari disponat, non tam simpliciter & absolute vt fint, sed vt esse permittantur: & de illis quatenus iam futuri præudentur, disponit, Deus quomodo vel curentr, vel puniantur. Sic ergo habet Deus de omnibus & singulis in particuliari perfectam prouidentiam, vnicurque tamen accommodatam. Atq; ob hanc causam autho-

res quidam graues antiqui, præsertim Graci, negant hos actus malos esse ex prouidentia: quia per illam vocem peculiariter intelligent illam absolutam dispositionem, quia Deus non solum permittit, sed abso-

lutamente vult ut aliquid sit. Vel, vt illa partcula ex pro-

positione facit indicat, soli intendunt radicem & ori-

ginem horum actuum malorum non esse ex divina

prouidentia, neque illi esse tribuendos tales actus ut proprie cause. Verum est, interdum extendere il-

lum loquendi modum ad actus bonos: sed tunc stri-

ctus videntur ea voce, pro efficaci prædeterminatione

Dei necessitatem inferente voluntati creata, vt

exposuit D. Thom. 1. part. quæstione 23. articulo 1.

ad primum.

Ad quintum de determinatione voluntatis crea-

tam in superioribus dictum est, quo modo hæc

determinatio possit aliquo modo tribui cause secu-

da: id est modus proportionaliter habet locum

in causa libera. Et maior quadam ac peculiari ratio-

ne dicitur illa se determinare ad suam actionem. Nō

qua se determinet sine concursu Dei (illius enim

determinatione non est aliud quam eius volitus, quam

constat fieri non posse sine concursu Dei) sed quia

voluntas & potentia Dei vt sic applicata ad concur-

endum, est quasi indifferens & expectans, vt iuxta

vnum liberum voluntatis, ita illi cooperetur: quod

non est ex imperfectione, sed ex sapientissima pro-

uidentia Dei se accommodantis causa secunda. Vn-

de licet simpliciter concursus Dei sit prior natura, modo superiorius explicato, tamen secundum quid, & in suo genere potest hæc determinatio peculiariter modo attribui causæ secundæ. Loquimur autem generatim ex vi concursus, nam aliis modis, vel per alia auxilia sepe est Deus principalis causa omnis bonæ determinationis voluntatis, & præstum in iis quæ per gratiam fuit, de quo aliis

XXXV.

Ad sextum, concedimus determinationem actus vel effectus quoad individuum, præstum oriri ex determinatione diviniti concursus. Neque hoc repugnat cum iis quæ dicta sunt de concursu ad actus liberos: nam illam determinatio concursus ad singularem, & individuum actum potest esse ex voluntate non omnino absoluta ex omni parte, sed inclinante conditionem ex parte cooperationis liberæ humani arbitrij. Rursus ille concursus offerri potest non solum ad unum individuum actum unius speciei, sed etiā ad plures diversarum specierum, vt ad hunc actum amoris, & ad hunc actum odij: atq; ita in singulis speciebus determinatur voluntas ad talē actum in individuo, & nihilominus manet indifferens, vel ad utendum concursu, aut non utendū, vel ad vtendum illo in hac vel illa specie.

Ad septimum, concedimus priorem illationis partem, nempe post oblatum sufficiēter concursum ex parte Dei, posse voluntatem non operari etiam in sensu composito. Neque hoc est maius inconveniens, quam quod posita Dei permissione adhuc voluntas possit non peccare, quod verum & necessarium est, quia promissio respicit potentiam causæ ad utrumque oppositorum se habentem, vt dixit D. Thom. in 1. d. 47. qu. 1. art. 2. Denique, sicut positis omnibus prærequisitis potest voluntas operari & non operari, ita etiam sufficiens oblatio ac præparato Dei concursu potest non operari cum illo, quia illud est unum ex prærequisitis. Diu autem oblatio concursu transiit, non autem in reposito, quia tunc iam impossibile est in sensu composito, quin operetur voluntas, quia talis concursus non distinguitur in re ab actione eius. Quo sensu dixit Diuus Thomas 1. 2. quæst. 10. articul. 4. ad tertium. Si Deus mouet voluntatem, impossibile esse quin voluntas moveatur. Hic enim concursus non est ex prærequisitis ad actionem, sed intrinsecè inclusus in ipsa actione.

Vnde ad alteram partem illationis negatur sequentia, nam in eum hominem, qui actu operatur, Deus etiam actu influit, non vero in eum qui non operatur. Et ita non esse se habet Deus ad utrumque quod actionem externam respectu ipsius Dei. Si autem est sermo de sola voluntate Dei ad intra, quia offert concursum: heri potest vt illa ex parte sua sit equalis & quod in uno habeat effectum, & non in alio, ex libertate eorum, quod nullum est inconveniens quia in ipsa voluntate Dei inclusa fuit illa conditio, vt explicatum est. An vero in alia voluntate electiua aut præfinitiua, vel in aliquo auxilio ab ea manante sit semper inæqualitas, non est nostrum disputare.

Ad octauum respondeatur, præscientiam conditio-

naram, quæ in eo supponitur, quamque nos liben-

ter admittimus, non impide modum concurrendi

à nobis explicatum, aut alteri locum dare. Nam, cū

Deus præicit quid voluntas creata factura sit, si cum

talibus circūstantiis applicetur, inter alias conditio-

nes ponenda hæc est, scilicet, si Deus offerat suffi-

cientem concursum, quia sine eo nihil potest opera-

ri. Hic autem sufficiens concursus, vt in hac condi-

tionali inclusus, talis esse debet vt sit indifferens cum

ad exercitium, tum ad speciem actus: & ideo non de-

bet esse absolute definitus ad unum tantum actum &

exercitium eius. Quamvis ergo Deus præuidat, quid

voluntas operatura sit hic & nunc, si ipse præbeat

concursum, necesse est, vt eo modo præbeat quem

natura ipsius voluntatis postulat, quique in prædi-

cta hypothesi intelligebatur inclusus. Quia si Deus

XXXVI.

res quidam graues antiqui, præsertim Graci, negant hos actus malos esse ex prouidentia: quia per illam vocem peculiariter intelligent illam absolutam dispositionem, quia Deus non solum permittit, sed abso-

lutamente vult ut aliquid sit. Vel, vt illa partcula ex pro-

positione facit indicat, soli intendunt radicem & ori-

ginem horum actuum malorum non esse ex divina

prouidentia, neque illi esse tribuendos tales actus ut proprie cause. Verum est, interdum extendere il-

lum loquendi modum ad actus bonos: sed tunc stri-

ctus videntur ea voce, pro efficaci prædeterminatione

Dei necessitatem inferente voluntati creata, vt

exposuit D. Thom. 1. part. quæstione 23. articulo 1.

ad primum.

Ad quintum de determinatione voluntatis crea-

tam in superioribus dictum est, quo modo hæc

determinatio possit aliquo modo tribui cause secu-

da: id est modus proportionaliter habet locum

in causa libera. Et maior quadam ac peculiari ratio-

ne dicitur illa se determinare ad suam actionem. Nō

qua se determinet sine concursu Dei (illius enim

determinatione non est aliud quam eius volitus, quam

constat fieri non posse sine concursu Dei) sed quia

voluntas & potentia Dei vt sic applicata ad concur-

endum, est quasi indifferens & expectans, vt iuxta

vnum liberum voluntatis, ita illi cooperetur: quod

non est ex imperfectione, sed ex sapientissima pro-

uidentia Dei se accommodantis causa secunda. Vn-

de licet simpliciter concursus Dei sit prior natura, modo superiorius explicato, tamen secundum quid, & in suo genere potest hæc determinatio peculiariter modo attribui causæ secundæ. Loquimur autem generatim ex vi concursus, nam aliis modis, vel per alia auxilia sepe est Deus principalis causa omnis bonæ determinationis voluntatis, & præstum in iis quæ per gratiam fuit, de quo aliis

XXXV.

Ad sextum, concedimus determinationem actus vel effectus quoad individuum, præstum oriri ex determinatione diviniti concursus. Neque hoc repugnat cum iis quæ dicta sunt de concursu ad actus liberos: nam illam determinatio concursus ad singularem, & individuum actum potest esse ex voluntate non omnino absoluta ex omni parte, sed inclinante conditionem ex parte cooperationis liberæ humani arbitrij. Rursus ille concursus offerri potest non solum ad unum individuum actum unius speciei, sed etiā ad plures diversarum specierum, vt ad hunc actum amoris, & ad hunc actum odij: atq; ita in singulis speciebus determinatur voluntas ad talē actum in individuo, & nihilominus manet indifferens, vel ad utendum concursu, aut non utendū, vel ad vtendum illo in hac vel illa specie.

Ad septimum, concedimus priorem illationis partem, nempe post oblatum sufficiēter concursum ex parte Dei, posse voluntatem non operari etiam in sensu composito. Neque hoc est maius inconveniens, quam quod posita Dei permissione adhuc voluntas possit non peccare, quod verum & necessarium est, quia promissio respicit potentiam causæ ad utrumque oppositorum se habentem, vt dixit D. Thom. in 1. d. 47. qu. 1. art. 2. Denique, sicut positis omnibus prærequisitis potest voluntas operari & non operari, ita etiam sufficiens oblatio ac præparato Dei concursu potest non operari cum illo, quia illud est unum ex prærequisitis. Diu autem oblatio concursu transiit, non autem in reposito, quia tunc iam impossibile est in sensu composito, quin operetur voluntas, quia talis concursus non distinguitur in re ab actione eius. Quo sensu dixit Diuus Thomas 1. 2. quæst. 10. articul. 4. ad tertium. Si Deus mouet voluntatem, impossibile esse quin voluntas moveatur. Hic enim concursus non est ex prærequisitis ad actionem, sed intrinsecè inclusus in ipsa actione.

Vnde ad alteram partem illationis negatur sequentia, nam in eum hominem, qui actu operatur, Deus etiam actu influit, non vero in eum qui non operatur. Et ita non esse se habet Deus ad utrumque quod actionem externam respectu ipsius Dei. Si autem est sermo de sola voluntate Dei ad intra, quia offert concursum: heri potest vt illa ex parte sua sit equalis & quod in uno habeat effectum, & non in alio, ex libertate eorum, quod nullum est inconveniens quia in ipsa voluntate Dei inclusa fuit illa conditio, vt explicatum est. An vero in alia voluntate electiua aut præfinitiua, vel in aliquo auxilio ab ea manante sit semper inæqualitas, non est nostrum disputare.

Ad octauum respondeatur, præscientiam conditio-

naram, quæ in eo supponitur, quamque nos liben-

ter admittimus, non impide modum concurrendi

à nobis explicatum, aut alteri locum dare. Nam, cū

Deus præicit quid voluntas creata factura sit, si cum

talibus circūstantiis applicetur, inter alias conditio-

nes ponenda hæc est, scilicet, si Deus offerat suffi-

cientem concursum, quia sine eo nihil potest opera-

ri. Hic autem sufficiens concursus, vt in hac condi-

tionali inclusus, talis esse debet vt sit indifferens cum

ad exercitium, tum ad speciem actus: & ideo non de-

bet esse absolute definitus ad unum tantum actum &

exercitum eius. Quamvis ergo Deus præuidat, quid

voluntas operatura sit hic & nunc, si ipse præbeat

concursum, necesse est, vt eo modo præbeat quem

natura ipsius voluntatis postulat, quique in prædi-

cta hypothesi intelligebatur inclusus. Quia si Deus

res quidam graues antiqui, præsertim Graci, negant hos actus malos esse ex prouidentia: quia per illam vocem peculiariter intelligent illam absolutam dispositionem, quia Deus non solum permittit, sed abso-

lutamente vult ut aliquid sit. Vel, vt illa partcula ex pro-

positione facit indicat, soli intendunt radicem & ori-

ginem horum actuum malorum non esse ex divina

prouidentia, neque illi esse tribuendos tales actus ut proprie cause. Verum est, interdum extendere il-

lum loquendi modum ad actus bonos: sed tunc stri-

ctus videntur ea voce, pro efficaci prædeterminatione

Dei necessitatem inferente voluntati creata, vt

exposuit D. Thom. 1. part. quæstione 23. articulo 1.

ad primum.

Ad quintum de determinatione voluntatis crea-

tam in superioribus dictum est, quo modo hæc

determinatio possit aliquo modo tribui cause secu-

da: id est modus proportionaliter habet locum

in causa libera. Et maior quadam ac peculiari ratio-

ne dicitur illa se determinare ad suam actionem. Nō

qua se determinet sine concursu Dei (illius enim

determinatione non est aliud quam eius volitus, quam

constat fieri non posse sine concursu Dei) sed quia

voluntas & potentia Dei vt sic applicata ad concur-

endum, est quasi indifferens & expectans, vt iuxta

vnum liberum voluntatis, ita illi cooperetur: quod

non est ex imperfectione, sed ex sapientissima pro-

uidentia Dei se accommodantis causa secunda. Vn-

de licet simpliciter concursus Dei sit prior natura, modo superiorius explicato, tamen secundum quid, & in suo genere potest hæc determinatio peculiariter modo attribui causæ secundæ. Loquimur autem generatim ex vi concursus, nam aliis modis, vel per alia auxilia sepe est Deus principalis causa omnis bonæ determinationis voluntatis, & præstum in iis quæ per gratiam fuit, de quo aliis

XXXV.

Ad sextum, concedimus determinationem actus vel effectus quoad individuum, præstum oriri ex determinatione diviniti concursus. Neque hoc repugnat cum iis quæ dicta sunt de concursu ad actus liberos: nam illam determinatio concursus ad singularem, & individuum actum potest esse ex voluntate non omnino absoluta ex omni parte, sed inclinante conditionem ex parte cooperationis liberæ humani arbitrij. Rursus ille concursus offerri potest non solum ad unum individuum actum unius speciei, sed etiā ad plures diversarum specierum, vt ad hunc actum amoris, & ad hunc actum odij: atq; ita in singulis speciebus determinatur voluntas ad talē actum in individuo, & nihilominus manet indifferens, vel ad utendum concursu, aut non utendū, vel ad vtendum illo in hac vel illa specie.

Ad septimum, concedimus priorem illationis partem, nempe post oblatum sufficiēter concursum ex parte Dei, posse voluntatem non operari etiam in sensu composito. Neque hoc est maius inconveniens, quam quod posita Dei permissione adhuc voluntas possit non peccare, quod verum & necessarium est, quia promissio respicit potentiam causæ ad utrumque oppositorum se habentem, vt dixit D. Thom. in 1. d. 47. qu. 1. art. 2. Denique, sicut positis omnibus prærequisitis potest voluntas operari & non operari, ita etiam sufficiens oblatio ac præparato Dei concursu potest non operari cum illo, quia illud est unum ex prærequisitis. Diu autem oblatio concursu transiit, non autem in reposito, quia tunc iam impossibile est in sensu composito, quin operetur voluntas, quia talis concursus non distinguitur in re ab actione eius. Quo sensu dixit Diuus Thomas 1. 2. quæst. 10. articul. 4. ad tertium. Si Deus mouet voluntatem, impossibile esse quin voluntas moveatur. Hic enim concursus non est ex prærequisitis ad actionem, sed intrinsecè inclusus in ipsa actione.

Vnde ad alteram partem illationis negatur sequentia, nam in eum hominem, qui actu operatur, Deus etiam actu influit, non vero in eum qui non operatur. Et ita non esse se habet Deus ad utrumque quod actionem externam respectu ipsius Dei. Si autem est sermo de sola voluntate Dei ad intra, quia offert concursum: heri potest vt illa ex parte sua sit equalis & quod in uno habeat effectum, & non in alio, ex libertate eorum, quod nullum est inconveniens quia in ipsa voluntate Dei inclusa fuit illa conditio, vt explicatum est. An vero in alia voluntate electiua aut præfinitiua, vel in aliquo auxilio ab ea manante sit semper inæqualitas, non est nostrum disputare.

Ad octauum respondeatur, præscientiam conditio-

naram, quæ in eo supponitur, quamque nos liben-

ter admittimus, non impide modum concurrendi

à nobis explicatum, aut alteri locum dare. Nam, cū

Deus præicit quid voluntas creata factura sit, si cum

talibus circūstantiis applicetur, inter alias conditio-

nes ponenda hæc est, scilicet, si Deus offerat suffi-

cientem concursum, quia sine eo nihil potest opera-

ri. Hic autem sufficiens concursus, vt in hac condi-

tionali inclusus, talis esse debet vt sit indifferens cum

ad exercitium, tum ad speciem actus: & ideo non de-

bet esse absolute definitus ad unum tantum actum &

exercitum eius. Quamvis ergo Deus præuidat, quid

voluntas operatura sit hic & nunc, si ipse præbeat

concursum, necesse est, vt eo modo præbeat quem

natura ipsius voluntatis postulat, quique in prædi-

cta hypothesi intelligebatur inclusus. Quia si Deus

res quidam graues antiqui, præsertim Graci, negant hos actus malos esse ex prouidentia: quia per illam vocem peculiariter intelligent illam absolutam dispositionem, quia Deus non solum permittit, sed abso-

lutamente vult ut aliquid sit. Vel, vt illa partcula ex pro-

positione facit indicat, soli intendunt radicem & ori-

ginem horum actuum malorum non esse ex divina

prouidentia, neque illi esse tribuendos tales actus ut proprie cause. Verum est, interdum extendere il-

lum loquendi modum ad actus bonos: sed tunc stri-

ctus videntur ea voce, pro efficaci prædeterminatione

Dei necessitatem inferente voluntati creata, vt

exposuit D. Thom. 1. part. quæstione 23. articulo 1.

ad primum.

Ad quintum de determinatione voluntatis crea-

tam in superioribus dictum est, quo modo hæc

determinatio possit aliquo modo tribui cause secu-

da: id est modus proportionaliter hab

mutaret modum concursus, iam non eodem modo sequerentur effectus. Igitur voluntas illa, qua Deus offert concursum, ex se manet semper conditio- nata in virtute, quamvis ex praesentia xqualeat absoluta, quia prouideret Deus habituam effectum concurrente simul altera voluntate.

XXXIX. Et eadem ratione non obstante illa praesentia, Deus quantum est ex se, offert concursum ad alios a- flos, quamvis illos non sit effectu voluntas creata, ut simpliciter possit illos efficere, nec per Deum sicut quo minus illos efficier. Sicut etiam Deus vult, dare auxilia sufficientia ijs, quos prae- scit non bene vniuersi talib⁹ auxilijs, ut simpliciter possint operari: quia alias non posset eis de facto imputari quod non ope- rarentur, si ob solam distam praesentiam talibus auxilijs priuarentur. In hoc ipsum supponitur in illo argumento, cum in eo dicatur, Deum esse para- tum ad concurrentem ad alios actus, si voluntas creata eos esset factura, nam Deus non est sic paratus nisi per suam voluntatem, & liberam determinatio- nem, non quam in eo eventu esset habiturus, qui e- nem illa iudicare potest? sed quam nunciam habet. Offert ergo Deus causis liberis suum concursum sufficientem, non solum ad eos actus quos faciunt, seu facturæ sunt, sed etiam ad eos quos facere pos- sent, si vellent.

SECTIO V.

Virum causæ secundæ pendentis essentialiter in opera- ri à sola causa prima aut etiam ab alijs.

I.

Vltimo loco videtur superest in hac disputatione, an sit proprium primæ causæ concurrens dicto modo cum causis secundis ad operationes earum, & quod ab illa cetera dependant: an vero inter causas creatas sit etiam hoc dependen- tia, & hic concurrendi modus. Vbi etiam occurrit occa- sio declarandi communem distinctionem causarum efficientium in eas, quæ sunt per se & essentialiter subordinatae & quæ sunt tantum per accidens.

Ratio dubitandi.

II.

Nam ex hac divisione sumitur prima ratio dubi- tandi in proposita questione, quia non solum causæ secundæ respectu prima sunt essentialiter sub- ordinatae, sed etiam inter ipsas causas secundas causæ particulares sunt subordinatae vniuersalibus: sed haec subordinatio essentialis consistit in praedicta de- pendentia operationis vnius ab influxu alterius: ergo ille modus dependentia non est tantum respectu primæ causæ. Major videtur sumi ex Arist. 2. Metaph. vbi probans non esse processum in infinitum in causis efficientibus per se ordinatis, supponit non tan- tum inter duas, scilicet primam & secundam, sed in- ter plures esse aliquam subordinationem. Atque hinc 2. Physic. text. 26. ait, *Sol & homo generant hominem.* Et 2. de Generat. text. 55. hac ratione vocat Solem procreandarum rerum authorem: & sect. 26. Proble- mat. q. 35. eum vocat authorem & parentem motuum. Et sect. 11. q. 5. ait, *Solem esse qui omnia mouet.* Ac denique 2. de Generat. text. 56. & 12. Metaphysic. text. 34. motum celorum dicit esse causam omnium generationum & corruptionum, & 1. Meteoror. c. 9. hoc peculiariter attribuit motui Solis. Similiter D. Tho. 3. cont. Gent. cap. 67. ait corpora inferiora agere in virtute corporum celestium. Et lib. 4. cap. vlt. ait generationem & corruptionem inferiorum corporum ex motu coeli cauari. Deniq. omnes Philosophi ita videntur senti- re de celorum causalitate, & ideo eos appellant cau- cas vniuersales respectu inferiorum omnium.

Varij questionis sensus.

VT questionem hanc ad certa capita reducamus, aut inter causas supposita litter distingas, quæ vo- cantur cause ut quod; vel inter virtutes eiusdem causa, seu eiusdem suppositi. Questionis ergo hæc per- cipue tractatur in priori sensu: & ideo de illo primum dicimus; aliquid vero addemus de posteriori, ut plena habeatur resolutio. Deinde est obseruandum, aliud esse loqui de causis partialiter concurrentibus ad eandem actionem in eodem ordine, aliud vero de causis essentialiter subordinatis, cum intrinseca dependentia vnius ab alia in operando. Priori modo certum est sepe concurrens plures causas creatas ad eandem actionem vel effectum; quod potest al- quando esse per accidens ex fortuito concursus cau- sarum, alioquin per se sufficientem: aliquando vero potest esse per se, & ex institutione naturæ. Et hoc modo sepe concurrent plura astra ad unum effec- tum, quia singula per se non sufficent. De hoc sig- nificatur modo partialis concursus nulla est difficultas, i- mo fortasse celorum concursus magna ex parte ita intelligentius est, ut inferius dicam.

In priori ergo sensu tractatur præsens questionis. In qua tota difficultas est de dependentia inferiorum corporum à corporibus celestibus. Nam de sub- stantib⁹ immaterialibus est res certa non pendere per se in operando ab aliquo agente creato: quia ab illo non pendent in esse, neque in facultate seu virtute operandi: ergo neque illi subordinantur in agendo. Rursus de ipsis corporibus celestibus eadem ratio- ne certum est, non pendere per se in actionibus suis ab alijs agentibus creatis, quia ab illis non pendent in esse: operatio autem sequitur esse & imitatur illud. Item quia coeli non pendent per se in actionibus suis ab intelligentijs creatis, quia neque ab illis pendent in esse aut in virtutibus suis, neque illi possunt per se efficere in corpora aliquid præter motum localem. Dices, Saltem mediante motu potest actio coeli per- dere ab intelligentia. Respondeo, iuxta veriorem sententiam illum motum solum deferire ad actionem coeli per modum applicationis ad uersa corpora: illa autem dependet non est per se, sed per acci- dientem, ut constat. Quod si verum est colum esse in- strumentum intelligentia mouens ad aliquas actiones, quoad illas erit dependentia essentialis: ramen- te vera nullæ sunt huiusmodi actiones, ut supra re- gimus: quia neque in intelligentia est virtus principalis ad huiusmodi effectus corporales efficiendo; neque solus motus localis potest per se deseruire ad com- municandam hanc virtutem.

Et eadem fere ratione unum celum non pendet ab alio per se in actione sua, quia neque esse, neque virtutem agendi habet unum ab alio. Dices, coeli non agunt nisi per astra: hoc vero non agunt nisi per lumen, quod non habent nisi à sole: ergo omnia pendent à sole in virtute agendi, & consequenter in actione. Respondeo primo negando minorem, sed unumquodque astra habet propriam virtutem inna- tam & conaturalem per quam influit, nam sicut ha- bent formas proprias specie diuersas, ita ad illas con- sequuntur propriæ virtutes & facultates specie diuersæ. Neque est verisimile, aut omnia alia habere vir- tutem agendi per accidens extrinsecum, & acciden- tario illis aduenientem, aut eandem lumen qualita- tem, ex eo solum quod in diuersis subiectis respon- tur, habere tam varios & diuersos effectus, quam ha- bent astra diuersa: sed de hoc alijs. Et præterea, que- quid de hoc sit, non pendebit à sole actio lunæ, v.g. illuminata, nisi prout pendet ab igne actio aquæ calefactæ: quæ non est dependentia immediate ex subordinatione essentiali, sed dependentia tantum remota, qualis est in omni effectu respectu cau-

remo-

remote, quæ dedit virtutem operandi causæ proximæ.

Præterea nulla relinquitur quæstio de dependentia inferiorum agentium corporalium ab intelligéntiis: quia ex dictis à fortiori constat per se ab illis nō pender, sed ad summum per agenda ut ab applicatis actibus passiuis, & hoc etiam modo nō semper, neq; regulariter, nisi quantum ad motum cœli. Deinde de corporibus inferioribus inter se etiam est res clara non habere prædictam dependentiam in operando: quia nullum eorum comparatur ad aliud ut causa vniuersalis ad particularē, aut habet rationem villam talis dependentiæ.

Diversæ opiniones circa quæstionis difficultatem.

VII. Tota ergo quæstio reducitur ad subordinatiōnem inferiorum corporum respectu cœlestium. Sunt enim qui opinentur interuenire huiusmodi essentialiē depéndentiam inter hæc agentia, ita ut colum actu influat in omnes actiones inferiorum corporum. Ita opinantur Iauellus 12. Metaphys. quæstio. 13. & Soto 2. Physic. quæst. 4. conclusi. & in 4. distin. 43. quæst. 2. artic. 2. Vbi ex hoc principio ait, cessante motu coli, subito cessatram omnem actionem inferiorum agentium naturalium, omniaque viuentia illico animas expiratura, eo quod nō possint sine aquo motu vivere. Significat etiam Ferrar. 4. cont. Gent. cap. 97. §. Aduertendum tertid, ait enim, in generatione hominis creationem animæ esse à Deo, dispositions vero corporis esse à generante & à motu cœli per se & immediate.

VIII. Iauellus ad hoc probandum hanc adducit rationem (alij enim authores nullam afferunt) Omnis actio generabilium corporum necessario reducitur ad aliam causam ingenerabilem, sed hæc non est nisi corpus cœleste: ergo. Maior patet, quia sicut necesse est omnem motum reduci ad aliquod principiū immobile, ita omnē generationem ad aliquod principiū ingenerabile. Minor vero probatur, quia illud agens ingenerabile, nō est intelligentia creata, quia illa non potest immediate transmutare materiam ad formam. Neque etiam est ipsum principiū, quia illud non agit per se ipsum immediate in hæc inferiora, sed per causas medias: hic autem agimus de causa immediate concurrente ad omnes actiones inferiorum generantium: ergo est cœlum. Et confirmatur ex Aristotele 8. Physic. text. 1. dicente, quod motus primus est vita, id est fons, & principium vniuersale rerum in natura existentium, & ita comparatur ad vniuersum, sicut motus cordis ad animal, quo cessante cessat omnis actio. Vnde Comment. de Cœlo com. 63. ait, principium vita, quod est in orbe, est causa omnis vita: idemque feret habet 12. Metaphys. com. 18. Confirmatur secundo, quia alias tollitur ordo essentialis inter partes vniuersi, quod est contra debitam eius constitutionem, ut ex Arist. sumitur 12. Metaph. text. vlt.

Contra sententia sumitur ex Scoto in 2. distin. 14. quæst. 3. in fine, & ex Richardo ibi artic. 2. qu. 6. & Durando ibidem 2. p. distinctionis qu. 3. Henric. quodlib. 11. quæst. 15. & quodlib. 14. quæst. 1. Quamuis enim, in hoc posteriori loco videatur ex parte repugnare tamen si recte intelligatur, non repugnat, ut videbimus. Et hæc sententia mihi videtur verissima: eget vero nonnulla explicatione.

Integra quæstionis resolutio.

X. Dico ergo primo: Nulla causa secunda per se & intrinsecè pender in agenda ab alio agente creato, sed solum à causa prima, nimirum ut ab agente vniuersali, immediate in suo ordine influente in a-

ctionem inferioris cause. Explicatur prius conclusio: agimus enim de causa secunda habente in ratione cause proximæ sufficientem virtutem ad aliquam actionem vel effectum. Hoc enim ante omnia supponendum est ut intelligatur subordinatio essentialis, nam si particularis causa sit in suo ordine insufficientis, & quoad id, quod illi deest, invenatur ab alia superiori, non erit propterea essentialis subordinatio in agendo, sed erit concursus causarum partialium. Hoc ergo supposito probatur primò conclusio, quia causa secunda nō pender in suo esse ab alia causa creata: suprà enim probauimus elementa & mixta non pendere in conferuari à cœlo. Et eadem ratione non pendent ab illo virtutes intrinsecæ & connaturales his rebus: ergo pari ratione neq; actiones earum pendent ex intrinsecæ sua ratione à cœlo; & consequenter neq; ab alia causa creata, nam cæteras iam exclusimus. Patet vltima consequentia, quia operatio est proportionata ipsi esse.

XI.

Dices: Interdum forma pender in conservari ab agente, ut lumen à sole: ergo tunc saltem dependebit etiam in actione sua ab immediato influxu solis. Respondetur, etiam si cōcedatur totum, nihl referre, quia non est inconveniens ut aliqua qualitas penderet à suo agente dicto modo in operari. Secundo vero dicitur ex vi antecedentis non sequi consequens: nā species visibiles pendent in conferuari ab obiecto, & tamen non habent nouam dependentiam immediatam in operando. Ex negatione igitur dependentia in esse credimus optime inferri independentiam in operari: non vero è contrario, ex quacunque dependentia in esse, inferri nouam & immediatam dependentiam in operari. Quia hæc sāpē non est possibilis respectu agentis creati; respectu vero agentis increati est optima illa consequentia, propter dependentiam essentialē omnis entitatis participatæ à primo ente.

XII.

Secunda ratio similiis præcedenti est, quia effectus horum agentium naturalium non pendent perse, & essentialiter in esse à cœlo, ut supra etiam probatum est; quia quoad hoc eadem est ratio de causis vniuersitatis & effectibus earum: ergo neque actio talium causarum per se & intrinsecè penderet à cœlo. Patet consequentia, quia ta' est fieri, quale est esse. Et vtraque ratio sumit fundamentum ex eo, quod seet. i. dictū est, dependentiam causæ secunda à prima in sua operatione, fundari in eo, quod tam causa secunda quam actio & effectus eius, sunt entia per participationem, & ideo per se & immediate pendent ab ente per essentialiam. Hæc autem ratio non habet locum respectu alteri causæ creatae, & seclusa illa nulla relinquitur sufficiens ad illud genus dependētis introducendum: non est autem exigenda multitudo causarum ad aliquem effectum fine ratione, & necessitate. Vnde ad hoc etiam valere possunt rationes quibus Durand. suprad. citatus conabatur tollere hanc dependentiam à prima causa.

XIII.

Tertia ratio esse potest, quia si cœlum influat per se & ut causa vniuersalis in actiones omnium inferiorum, vel intelligitur id facere immediate immediatione suppositi, vel tantum virtutis: non priori modo, quia, ut supponimus, nulla causa agit immediate immediatione suppositi in rem loco distantem: cœlum autem longe distat ab inferioribus agentibus, & actionibus eorum. Si autem agit posteriori modo, necesse est ut id faciat per virtutem diffusam, nam virtus cœli ipsi inhærens, etiam longe distat ab inferioribus causis & effectibus earum, vnde non potest intelligi immediate influere, nisi quatenus aliquam sui participationem per intermedia corpora diffundit usq; ad causam particularem proximè agentem; & à virtute quatenus illuc attingit, immediate manabit actio. At vero influxus huius virtutis nō potest vniuersale & generaliter affirmari cum fundamento: quis enim

enim credat indigere ignem virtute superaddita à celo, vt calefaciat vel illuminet? Et si cibi interuenit, non spectat ad dependentiam cause particularis ab vniuersali, sed ad supplendam insufficientiam cause particularis, vt statim declarabo.

XV.

Et ratio est clara, quia post impressam illam virtutem à celo in corpus vel agens inferius, illud cōpōlitum ex virtute innata & virtute infusa à celo, est proxima causa sufficientis ad talem actionem, in qua iam non pender per se à celo, sed tantum remotoe quatenus ab illo accipit virtutem agendi, sicut aqua calefacta pendet in calefaciendo ab igne. Signū ergo est illam non esse dependentiam per se in agendo vniuersi cause ab alia. Ac deinde est etiam signum, quod, si causa particularis in suo ordine habeat completam & sufficientem virtutem, non indigebit (per se loquendo) alia virtute influxa à celo, est enim superflua illa multiplicatio virtutū. Et hoc est quod in hac assertione direcē intendimus.

XVI.

Secunda af-

ficio.

Dico secundo: Sæpe contingit virtutem alicuius causa secundæ inferioris esse per se mutilam & imperfectam in suo ordine & insufficientem ad effectum, & ea ratione indigere auxilio alterius causa creatæ, quæ compleat vel suppleat virtutem agendi. Atq; hoc modo indigent influxu cœlorū inferiora corpora ad plures actiones suas, præsertim ad generationes miftorum, & maximè viuentium. Hanc conclusionem probant argumenta prioris sententiae: non enim potest negari, quin sit aliquis ordo per se inter causas sublunares & cœlestes: seclusa autem priori dependentia intrinseca & essentiali, non potest intelligi aliud modus subordinationis per se inter huiusmodi causas. Potest etiam facile inductione declarari: nam elementa per se sola, & per suam mutuam actionem & reactionem non possunt sufficere ad substantiam miftionem, ita ut ex eis & ab eis verum substantiale miftum generetur, tum quia neque in aliquo illorum, neque in omnibus simul est forma mifti formaliter aut eminenter: tū etiā quia cum elementa sint materia transiens respectu miftorum, non potest in solis illis esse tota vis actiua & materialis generationis mifti: necessaria est ergo virtus cœlestis quæ iuuet ad miftionem perficiendam. Rursus mifta inanimata, generatione loquendo, valde debilia sunt ad generandum fibi similia, vt experientia cōstat. Et ratio esse videtur, quia & parvæ actiua sunt, eo quod habeat primas qualitates refractas & remissas: & à circumstantibus corporibus, & a contrariis qualitatibus patientium corporum in sua actione valde impediuntur. Ob hanc ergo causam necessaria etiam fuit virtus cœlestis, quæ vel hæc agètia inuaret, vel certe harum rerum generationem omnino efficeret, vt in auri & metallorum sufficientia contingere videtur.

XVII.

Rursus de rebus vegetabilibus perspicuum est, quantum ad sui generationem vel incrementum à cœlis pendeat: quod nō aliter sit, nisi quia per influentiam cœlestem aut in se recipiunt qualitates suis qualitatib⁹ confimiles in virtute agendi, aut recipiunt incrementum vel intensiōnem suarum qualitatum: aut quia materia ex qua hæc viuentia generantur, aut aluntur, per virtutem cœlestem disponitur, vt facilius possit eorum actiones commutari. Rursus hoc etiam modo generationes animalium multum pendent ex influentia cœlesti, sicut optime intelligitur, quomodo sol & homo generent hominem, quia nimis humanum semen imperfectam vim habet nisi calore solis foveatur & iuuet ad eam actionem perficiendam. Et hoc modo ait Henricus supra, necessariam esse virtutem cœlestem influam his seminibus qua determinetur ad suas varias actiones, nam cum semen in corporis organizatione tam variam & multiplicem habeat actiones, non videtur ad id sufficere virtus particularis & intrinseca: & ideo necessaria cōsideratur virtus cœlestis. Quod

est probable, quamvis non minus obscurum sit quod modo virtus influxa à celo si in se simplex sit, & a naturaliter agens, ad illam varietatem sufficiat. Quid quid vero de hoc sit (quod superius est tacitum) constat, necessitate huius influxus cœlestis semper prouenire ex insufficientia virtutis particularis, vel ad vincendam resistentiam materie, vel ad se tuendum à contrariis, vel ad complendam totam dispositionem prout est necessarium ad generationem perciendam.

Et confirmatur à contrario, nam vbi virtus agentis particularis inuenitur sufficientis ad suam actionem, vel minor, vel nulla influentia cœlestis est ad illam necessariam, quantum ex ratione aut experientia potest colligi. Inde enim est quod ignis eodena modo generet ignem ex materia eadem, seu cæteris partibus, in quoque aspectu seu dispositione cœlestim atrox. Et eodem modo calor efficit species vires, & visus elicit actum visionis, & idem est de alijs cœribus vitalibus, dummodo organū dispositio eadem conserueretur, & cætera paria sint. Et hoc modo dixit D. Thoma, opus. 10. art. 8. Si corpus hominis viuum & cum eadem dispositione membrorum conserueretur cœlestis materia, posse hominem eodem modo mouere manum aut linguam & q. s. de potent. art. 10. ad 8. dicit, in eo calu duraturum motum cordis in homine.

Quomodo inter causas creatas aliqua viuantes dicantur.

Xhis ergo constat, quo sensu admitti possint aliae causa vniuersales præter primam, & aliqua subordinatione per se inter alias causas secundas inter se; & quid in hoc sit proprium causæ primæ quæque sit differentia inter ipsam & alias. Est enim ei proprium, vt omnis operatio ab ipsa pendeat per se immediate, & essentialiter, ita vt quantacunque sit virtus inferior, sine illo influxu agere non posse, neq; etiā possit ab alio agente suppliri, nec per virtutem aliquam creatā etiam à Deo ipso inditam. Hoc autem modo non pender operatio vniuersitatem ab aliis ut declaratum est: ideoq; proprium est solus Dei esse hoc modo causam vniuersalem omnium actionum. Tamen quia res naturales & generabiles corruptibiles imperfectas habent virtutes ad agendum, & multa habent contraria quibus impediti possunt ne suas actiones vel generationes efficiantur, quarum continua successio necessaria est ad vniuersitatem conseruationem, ideo prouidit author naturæ superiōra quædam corpora, quæ variis habent virtutes agendi, & per motum continuū varijs modis applicarentur, vt ita possent varijs etiam modis iuuare inferiora agètia ad eorum generationes vel corruptiones. Ideoq; merito illa superiora corpora dicuntur causa vniuersales, quia ad effectus omnium causarum inferiorum aliquo modo operantur. Quo modo ait Dio 4. c. de diuinis nominibus: Solis radius ad generationem sensibilium corporum confort, & ad vitam ipsam, nutrit, & auget, & perficit.

Et simili modo intelliguntur causæ naturales per se subordinatae cœlestibus iuxta ordinem ab auctoritate naturæ institutum. Non quia vel virtutes vellestis inferiorum corporum per se & in rinficie dicantur, sed quia de facto iuxta ordinem vniuersi sub illis ita instituta sunt. vt ab eisdem iuuentur & souiantur in suis actionibus & virtutibus. Si autem Deus alium ordinum institueret, vel per se ipsum, vel per alia corpora iuuanda aut supplēdo defectus inferiorum agentium, & que bene ac connaturaliter secundum proprias & particulas naturas hæc agètia suas actiones perficerent. Et eadem ratione, si interdum contingat de facto, vel causam particularē inferiorē sufficienter iuuari ab alia causa inferiori, vel per

se esse sufficiente ad suam actionem, illam poterit exercere absq; concursum cœli. Et similiter, quamvis virtus inferioris causa sit insufficientis ad perciendā totam generationē, desitq; illi omnino cœlestē auxilium, imo potius ei resistat, eaq; ratione non possit generationem pericere, nihilominus efficit aliquā alterationem, vel dispositionem remotam, ad quam talis virtus per se sufficit.

Solum sunt rationes opposite.

XVII. Ratiō igitur dubitandi in principio posita ex p̄cepto dicitur soluta manet: nam omnia dicta Aristoteles & aliorum Philosphorum de influxu colorum, & de dependentia inferiorum agentium ab illis sufficienter intelliguntur iuxta modum subordinationis, & dependentiæ à nobis explicatum. Ad rationem autem lauēt respondetur, actionem agentis generabilis & corruptibilis per se & intrinsece non necessario pendere ab alio agente incorruptibiliter primam causam: quod si aliquando p̄cedet, solum est quando virtus talis agentis est per se insufficientis & iuvatur ex conforto superioris corporis incorruptibilis. Probatio autem quam adducit lauēt ex mediatione actionis improbabilis est, & potius suadet oppositum: nā immediatissimis agit prima causa in actionibus omnium corporum corruptibilium, quam cœlum. Aliz vero confirmationes solutæ sunt ex dictis de subordinatione per se, ac de modo quo cœlum influit cum inferioribus causis. Quod vero ibi tangitur de cessatione omnium inferiorum actioniū cessante motu cœli, in eo sensu improbabile est scilicet de momentanea cessatione ppter dependentiam essentialem: nam motus cœli non est per se causa, sed solum applicatio ad agentū. Solum ergo dici posset, q; ex eo tempore vel momento cœlum omnia, quia ex tunc inciperent corrupti, & deficerent: de quo aliis. Videatur D. Thom. quid insinuat d. opus 10. art. 23. in fin. & latius id tradit Sonec.

XVIII. Ultimo ex his facile resoluti potest aliud punctum supra tantum de virtutibus subordinatis eiusdem suppositi: in illis enim contingit esse dependentiam essentialem in agendo inter plures virtutes, quia multo magis sunt inter se connexæ quam supposita diversa. Semper tamen in huiusmodi subordinatione: si sit per se ac Physica, & in genere causa efficientis, inferior virtus comparatur ut instrumentum ad superiorē cui subordinatur. Et hoc modo facultates animæ dependentiæliter ab anima in operationibus vita, & species intentionalis à potentia, in qua ut in subiecto existit. Et ad idem reducitur dependentia quam in agendo habet habitus à potentia quam affect. Dux autem sit per se &c. quia intellectus aliquo modo subordinatur voluntati in aliquibus actionibus suis, non tamen ut per se ac principaliter cooperanti, sed ut applicanti tantum & mouenti ad agendum. Et è contrario voluntas subordinatur intellectui, non tamen ut coefficienti, sed ut applicanti finali causam. Vbiq; igitur est subordinatio per se, interuenient aliqua ratio instrumenti coniuncti & principalis agentis: sub qua ratione tale instrumentum per se solum est insufficientis principium talis actionis, & effectus.

DISPUTATIO XXII.*De causa finali in communi.*

Vamvis finalis causa præcipua quodammodo omnium sit, atque etiam prior, obscurior tamē est eius causa di ratio, & ideo veteribus Philosophis p̄ane incognita fuit, ob quam ignorationem in alios errores circa rerum naturaliū cognitionem Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

inciderunt, ut Arist. tractat. 2. Phys. ca. 8. & 1. Met. & 1. de partibus animal. in principio. Ob hāc ergo rationem, licet in superioribus de finitum sit finem annumerandum esse inter quatuor causarum genera, ut hoc magis exponamus, & difficultates dissoluamus, inquirendū in primis erit, an finis sit causa, deinde quomodo & quid causet, quotuplex etiam sit finis, & quæ sit vniuersusque causandæ ratio.

SECTIO I.*An finis sit vera causa realis.*

I. **R**atiō dubitandi in primis est, quia de ratione cause est ut sit principiū, ut ex *Rationes de definitione à nobis superiorius tradita* *bitantai.* *Prima.*

constat; sed finis nō est principiū, nam potius opponitur principio, ut ex ipso nomine finis constat, & significat Arist. 3. Met. tex. 3. Secundo deratione causa realis est ut per se ac re-aliter influat in effectum, ut supra in definitione causa positum est; sed finis non influat esse realiter in effectum: ergo non est causa. Probatur minor, quia vel finis insit ante quam sit, vel postquam iam est: non primum, nam quod non est, quemnam realem influxum habere potest, cum fundamentum totius operationis, & similiter totius causalitatis sit esse. Neq; etiam dici potest secundum, quia quando finis est, iam tunc cessat actio & causalitas agentis: ergo iam non est tunc necessaria causalitas finis.

Tertio, quia nihil potest esse causa realis sui ipsius: **III.** **Tertia.** sed forma, telle Aristotele, est finis generationis naturalis, quia ipsa forma fit: ut sanitas est finis curatio-nis qua acquiritur: ergo quatenus est finis, nō potest habere veram rationem causa realis. Dices, formam esse finem generationis, quia ab ipsa distinguitur Sed contra, quia nihil potest esse causa realis productio-nis rei, nisi sit etiam causa rei productæ, quia nō causatur res nisi per actionem qua fit: sed forma non potest esse causa realis sui ipsius: ergo neque generationis qua ipsa forma fit. Vnde confirmatur, nam causa realis dicit relationem realem ad effectum: finis autē nō est capax huiusmodi relationis, tum quia vel quādo causat non habet esse reale, vel quādo habet esse reale, nec causat, nec distinguitur ab effectu.

Quarta ac præcipua ratio dubitandi est quia finis considerari potest aut in ratione principij mouentis **IV.** **Quarta.** & allicitens agens ad agendum, vel in ratione termini ad quem tedit actio: hęc enim duplex ratio distingui solet à Philosophia in obiecto alicuius potentie, scilicet obiecti motu & terminatiu: eademque distinctione locum habet in fine, qui est obiectum voluntatis. Sed sub neutra ratione potest finis habere veram rationem causa. Et in primis de ratione termini videtur manifestū, tum quia ut sic potius habet rationem effectus, quam causa, ut sic est postremū actio-nis, non origo eius: denique ut sic non influit, sed potius aliarum causarum influxus in illum tendit. Deinde neque sub altera ratione mouentis potest habere rationem causa, nam ut sentit Aristoteles 1. de Generat. text. 55. motio finis tantum est metaphorica: non est ergo vera & realis: ergo non sufficit ad causalitatem realem. Et confirmatur primo, quia etiam in Deo reperitur hęc motio metaphorica finis, nam re vera Deus propter bonitatem suam, à qua eiusvoluntas metaphorice mouetur seu allicitur, communiceat se creaturis, & tamen dici non potest quod ille finis habet veram causalitatem circa Deum. Et con-firmatur secundo, quia si finis sub hac ratione tantū habet rationem causa: ergo saltem respectu agentiū naturalium non potest finis esse causa realis, quia nō potest illa mouere seu allicere ad sui amorem.

Atque hinc oritur quinta difficultas, quia hinc e-ueritur totum fundamentum, ob quod à Philoso-

V. **Y** **phi**